

INSTITUTIONES  
ARITHMETICÆ  
IN  
usum GYMNASIORUM,  
PER  
MAGNUM PRINCIPATUM  
TRANSILVANIAE.

PARS PRIMA.



Cum speciali Privilegio Sac. Cæs. Reg. Apost. Majest.

---

CLAUDIOPOLI.

1166 Inv. 70

# P R E F A T I O.

Tametsi multiplex Arithmeticæ utilitas, ac proinde juventutem eadem tempestive imbuendi necessitas dudum agnita sit ab omnibus: negari tamen haud potest ejusdem in Scholis nostris institutionem fuisse admodum vitiosam. Tradebantur nimirum operandi regulæ ac praxes sine accuratis rerum occurrentium Definitionibus, sine Demonstrationibus inde eruendis; verbo pars ista Matheſeos absque ulla methodo Mathematica tractabatur. Unſiebat, ut adolescentes cæce duntaxat cogerentur diſcere vel potius credere, quid in quavis operandi specie agendum effet, quin ipſas agendi rationes dilucide perviderent, cauſasque luculentas cujusvis regulæ reddere posſent: tota videlicet arithmeticæ institutio fuit ſoliuſ memoriæ, non item intelligentiæ exercitatio.

## P R A E F A T I O.

Hinc autem duo gravissima redundabant incommoda. Primum, quod tirones intermissa aliquamdiu exercitatione pleraque, quæ memoriter didicerunt, paulo post iterum obliviscerentur: deinde, quod in usu & applicatione eorum, quæ nonnisi servilius adprehenderunt, inexplicabiles sentirent difficultates, neque internoscerent, quonam operandi genere in casu quovis particulari esset utendum. Videbis certe adolescentes in subtrahendi regulis probe versatos turpiter adhærescere, si dicas te natum esse hoc illove anno, petasque, ut edificant, quotnam habeas annos.

Ut malo utriusque occurreremus, & jam a teneris querorum ingenia ad ordinantam recte cogitandi normam assuferemus, accuratas ubique attulimus rerum & verborum Définitiones ætatis

captui

## P R E F A T I O.

capitu*l* accommodatas; ex his regulæ cuiusvis & operationis rationem redidimus tam evidentem, ut non possit attentus discipulus ignorare, non modo *quid* ubique, sed etiam *cur* ita sit agendum, Quo quidem pacto illud consequemur, ut scientia hæc teneris mentibus dilucide impressa, & altis defixa redicibus longissimo tempore retineatur.

Ne vero in ejusdem usu & applicatione adhærescerent, ipsum applicandi modum ad omnis generis casus & negotia in vita quotidiana occurrentia numerosis exemplis illustravimus, & discentibus æque ac docentibus faciem quodammodo prætulimus. Interea vero Præceptoribus tanquam præcipuam officii sui partem majorem in modum commendamus, ut explicatis atque illustratis Definitionibus, nihil unquam

## P R A E F A T I O.

unquam patientur agere vel dicere tirones, quin continuo dilucidam rei uniuscujusque rationem ab iisdem repetant. Deinde ut pertractata quavis specie eosdem in adlicationibus diligenter exerceant: ut nimirum dignoscere incipient, quoniam operandi genere fit utendum in quovis casu proposito: quem in finem parata habent quam plurima problemata, at semper talia, qualia in vita communi usuvenire solent.





## NOTIONES PRÆVIAE DE NUMERIS.

*Quid est Numerus?*

**N**umerus est quævis magnitudo constans e binis aut pluribus unitatibus. E. g. decem homines faciunt unum numerum decenium, qui constat e decem unitatibus, quarum quævis unum hominem significat.

*Scolion.* Unitas ergo eatenus solum potest dici numerus, quatenus est initium numeri, seu quatenus quamvis multitudinem ab ea incipimus numerare.

*Quotuplex est Numerus?*

**E**. i) Numerus vel concretus vel abstractus est. Numerus *concretus* est, qui certam & determinatam.

minatam rem significat: e. gr. duo homines, tres stellæ &c. Numerus *abstractus* est, qui nihil determinati, sed omnes res numerabiles generatim significat, ut si dicas duo, tria &c nullam determinate rem intelligendo.

¶. 2) Numeri vel homogenei vel heterogenei sunt. Numeri *homogenei* illi dicuntur, qui res ejusdem speciei, seu tales res denotant, quæ eodem communi nomine gaudent: e. g. duo floreni, vel tres grossi &c. Numeri *heterogenei* illi dicuntur, qui res diversæ speciei, seu diverso nomine gaudentes significant: e. g. duo homines & quatuor stellæ.

*Scholion.* Numeri *heterogenei* interdum reddi possunt *homogenei*, seu sunt ad eandem speciem *reducibles*: e. g. floreni & grossi possunt reduci ad crucigeros, atque ita effici *homogenei*. Imo res quævis diversæ si solum juxta id spectentur, quod commune habent, ita ut eodem communi nomine adpellari possint, habentur pro *homogeneis*: e. g. si plures equi, boves, &c spectentur sub communi nomine pecoris, sunt res *homogeneæ*, ac ipsi quoque numeri, quibus sub hac consideratione designantur, sunt *homogenei*; ita tres boves & duo equi sunt quoque *pecora*.

¶. 3) Numeri vel sunt *simplices* vel *compositi*. Numeri *simplices* sunt omnes infra decenarium, qui nempe unica nota seu cifra designantur, uti sunt, duo, tria, quatuor &c. Numeri *compositi* sunt omnes ultra decenarium, qui scilicet pluribus notis seu cifris exprimuntur, uti sunt duodecim, centum viginti, mille, &c.

**R. 4)** Numeri vel sunt Integri vel Fracti, Numerus *Integer* est, qui constat unitatibus, quantum singulæ ut totum aliquod considerantur: e. g. quinque floreni constant quinque unitatibus, quarum quævis unum integrum florentum denotat. Numerus *Frac̄tus* est, qui constat unitatibus, quarum quævis ut pars alicujus totius consideratur: e. g. tres quintæ partes unius floreni est numerus fractus constans tribus unitatibus, quarum quælibet quintam totius floreni partem designat. Sed de numeris fractis infra agemus ex proposito.

**R. 5)** Numeri vel Pares vel Impares sunt. Numerus *par* est, cuius dimidium est numerus integer, seu qui in duas æquales partes accurate dividi potest, tales sunt duo, quatuor, sex &c. Numerus *impar* est, cuius dimidium est numerus fractus, seu qui nequit accurate dividi in duas æquales partes, tales sunt tria, quinque, septem &c.

### *Quid est Arithmetica?*

**R.** *Arithmetica* est scientia numerorum, quæ scilicet docet e datis quibusdam numeris invente alios incognitos, id, quod petebatur, indicantes.

### *Quæ sunt ejusdem partes?*

**R.** Hæ tres præcipuae. 1) Notitia cífrarum seu notarum, quibus numeri designari solent. 2) Variæ numerorum mutationes. 3) Variæ ea-

rundem inter se comparationes: de his igitur  
nunc ordine agendum erit.

---

## P A R S P R I M A

### DE QUATUOR CONSVETIS NUMERO- RUM OPERATIONIBVS.

---

## C A P U T P R I M U M

### DE CONSVETIS NUMERORUM NOTIS.

*Quibus designantur hodie notis numeri?*

R. Sequentibus 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7,  
8, 9, ita ut 1 designet unam, 2 duas, 3 tres  
&c unitates. His accedit 0 denotans nihil seu  
defectum quantitatis. Generatim autem quævis  
hujusmodi nota seorsim positâ designat tot unita-  
tes, quot ejusdem nomen exprimit: e. g. 3 tres.  
5 quinque, 8 octo &c unitates. Hic numeri una  
nota scripti vocantur, ut diximus, simplices:  
contra numeri pluribus notis immediate sese ex-  
cipientibus scripti sunt numeri compositi, ut 30,  
485 &c.

*Scholion.* Veteres plerique numeros expri-  
mebant alphabeti sui literis. Sic apud Græcos  
α fuit unitas, ι decem, ρ centum, Α α mille  
&c. Romani ipsa natura duce coepérunt iuxta  
digitos numerare, unde & a digitis desumebant  
numerorum signa, & quidem I designans unum  
digitum

igitur exprimebat unitatem, II duas, & sic deinceps usque ad IIII: pro designandis quinque unitatibus totam accipiebant manum, in qua extremitates tantum erigebant digitos, unde natum est ( seu V: duo talia signa cuspidibus juncta X exprimebant decem. Prima litera vocis centum C, quæ olim si scribebatur (, valebat centum, ac ejusdem dimidium) seu hodie L quinquaginta. Eodem pacto mille denotabat prima ejusdem vocis litera M, quæ ipsa olim hanc habuit formam Φ; cuius demum postremum dimidium D quingentos significabat. Sex his postremis characteribus varie adjungendo formam dighti I omnes reliquos exprimebant numeros.

*Quot eiusmodi notis designantur numeri integrri compositi?*

¶. Duabus aut pluribus. Et quidem

1) Si designentur duabus, prima a fine seu a dextris designat tot unitates, quot nota ipsa valet: secunda tot decades, quot nota ipsa significat. E. g. in 24 nota 4 exprimit quatuor unitates; nota vero 2, quæ in loco a dextris primo designaret duas unitates, nunc loco secundo exprimit duas unitatum decades, seu viginti.

2) Si tribus designentur, prima a dextris denotat unitates, secunda decades unitatum ut ante; tertia vero unitatum centenarios. E. g. in 456 sunt sex unitates, quinque unitatum decades seu quinquaginta, quatuor centenarii seu quadringtoniti.

3) Si quatuor designentur, quartus a fine  
designabit unitatum millenarios. E. g. in 8243  
sunt tres unitates, quatuor decades seu quadra-  
ginta, duo centenarii seu ducenti, octo mille-  
narii.

*Quomodo ergo mutantur valores harum na-  
tarum in numeris compositis?*

v. Nota ultima, seu a dextris prima semper  
retinet valorem unitatum: at reliquæ mutant va-  
lorem prout vel secundum, vel tertium, vel  
quartum &c locum versus sinistram regrediendo  
occupant. E. g. in numero 3333 primus terna-  
rius a dextris designat tres unitates simplices;  
secundus in loco secundo denotat decies plus  
quam idem in loco primo; tertius in loco tertio  
valet decies plus quam idem in loco secundo,  
quartus in loco quarto rursus decies plus, quam  
idem in loco tertio, & sic porro. Nempe pri-  
mus 3 in loco a dextris primo significat tres uni-  
tates simplices, secundus 3 tres unitatum deca-  
des seu triginta, tertius 3 tres decadum decades  
seu tercenta, quartus 3 tres centenariorum de-  
cades seu tria millia; verbo notarum valor sem-  
per crescit in decuplum, prout illæ a fine ver-  
sus sinistram recedunt; hinc nota quinta signifi-  
cat decades milium, sexta centenarios milium,  
septima millenarios milium seu millions. Mil-  
lies mille millions vocantur billio, milles mille  
billiones vocantur, trillio &c.

*Quid*

## *Quid si alicubi desit aliqua nota?*

¶. Locus ejusdem debet expleri per zerum seu per o, ut nempe notarum præcedentium locus, ac proinde etiam valor retineatur. Sic numerus 306 habet sex unitates, nullam decadem, tres centenarios: ubi si omisso o scribatur 36, jam nota 3 occuparet non tertium, sed secundum a fine locum, adeoque non tercenta, sed triginta significaret. Hinc tametsi o de se nihil significet, tamen auget in decuplum valorem notæ, cui a dextris adponitur, cum hoc ipso nota illa a fine verius linisiram removeatur. Sic si ad 1 adponat o ut sit 10, 1 hoc ipso valebit decem: si adponas duos zeros ut sit 100 valebit centum; si tres ut sit 1000 valebit mille &c.

*Scholion.* Adparet ergo paucis hisce notis supra allatis numerum quævis compotitum uncunque magnum exprimi posse.

## *Quid est Numerare?*

¶. 1) *Numerare* est significationem numeri cœjusvis scripti enunciare: 2) significationem numeri enunciati scriptis notis exprimere. Primum horum pertinet ad rite legendos, alterum ad rite scribendos numeros.

## *Quomodo est enunciandus numerus scriptus?*

¶. Hoc etit ordine procedendum.

1) Numerus præpositus a dextra inchoando

dividatur in classes, quarum cuilibet ternæ assig-  
nentur notæ, excepta sinistima, quæ etiam dua-  
bus aut unica nota constare potest.

2) Post primam a dextra inchoando classem  
ponatur virgula inferne, post secundam virgula  
superne, post tertiam iterum virgula interne,  
& sic deinceps semper alternando, ita tamen ut  
virgulæ superiores semper una crecent.

3) Peracta hac partitione, prima classis  
seu dextima significabit unitates, decades, & cen-  
tenarios simplices regrediendo: secunda unita-  
tes, decades, centenarios millium: tertia uni-  
tates, decades, centenarios millionum &c. Hoc  
est, classis ante virgulas superiores denotat milli-  
onarios, ante inferiores autem millenarios, eos-  
que vel simplices, si nulla virgula sequatur super-  
ne; vel millenarios millionum si una, billionum  
si duæ, trillionum si tres &c. lequantur superne  
virgulæ. E. g. sequens numerus sic enunciabitur.

Unitates )

\* Decades (simplices.

○ Centenarii)

Unitates )

Decadas (millium

○ Centenarii)

Unitates )

Decades (millionum

○ Centenarii)

Unitates )

Decades (millionum

○ Centenarii) millionum.

Unitates )

Decades (billionum,

○ Centenarii)

577	Unitates )	
	Decades (	millium
	Centenarii )	billioaum.
579	Unitates )	
	Decades (	trillionum.
	Centenarii )	
689	Unitates )	millium
	Decades (	
	Centenarii )	trillionum.
700	Unitates )	
	Decades (	quadrillionum.
	Centenarii )	
m	Unitates )	millium
	Decades (	quadrillionum.

Id est: quinquaginta tria millia quadrillionum (quadringenti duo quadrillones) sexcenta octuaginta novem millia trillionum (quinquaginta decem trilliones) quadringenta triginta septem millia billionum (quinquaginta octo billones) septem millia millionum (octingenti viginti tres millions (sexcenta octo millia) viginti quatuor.

*Quomodo est scribendus numerus enunciatus?*

R. Hoc erit ordine procedendum.

1) Juvenes parum adhuc in numeris exercitati recte agent. si quamvis numeri enunciati notam seorsim adscribant juxta suum valorem adjectis eidem zeris convenientibus, ex quo adaptabit quem nota quævis locum occupare debeat. E. g. si scribendi essent triginta sex mille octingenti quadraginta quoique, primum scribenda

essent triginta millia hoc modo 30000; deinde  
sex millia hoc modo 6000; tum octingenti seu  
800, ac quadraginta seu 40; deinde 5: haec  
autem deberent infra se scribi hac ratione:

$$\begin{array}{r} 30000 \\ 6000 \\ 800 \\ 40 \\ 5 \end{array}$$

Postea e membro quovis omitti tot zeri, quot  
notas habet membrum sequens, ac reliqui in  
una linea scribi hoc pacto, 36845. Similiter si  
scribendi essent viginti mille quadringenti sex,  
res perageretur hoc modo.

$$\begin{array}{r} 20000 \\ 400 \\ 6 \\ \hline 20406 \end{array}$$

2) Si numerus scribendus paulo major fuerit, siant in charta vel in tabula tot virgulæ,  
quot numerus requirit, ita a se remotæ, ut inter eas notæ tres interseri possint. Facile autem  
adparebit, quotnam sint faciendæ virgulæ, si  
attendatur ad numeri enunciati classem primam.  
E. g. si numerus enunciatus contineat millia bil-  
lionum, statim patet pro millibus faciendam esse  
virgulam inferne, pro billionibus virgulas duas  
superne, pro millibus millionum virgulam infer-  
ne, pro millionibus unam virgulam superne,  
pro

pro millibus simplicibus virgulam inferne hoc pacto:

Adscriptis virgulis jubeatur repeti numerus, & scribantur notæ in suas classes. E. g. sit scribendus numerus: Triginta quatuor millia bimillionum, viginti octo millia millionum, tres millions, viginti quatuor millia sexcenti. Adscriptis ut supra virgulis inferantur notæ caucliatæ suis locis hoc modo:

34, " 28, 3 24, 600

Cum vero non habeat quælibet classis tres notas, loca vacua expleantur zeris, & numerus ad scribendum propositus hac forma integræ comparebit:

34, 000 028, 003 024, 600, seu  
34000028003024600.

## CAPUT SECUNDUM DE VARIIS NUMERORUM MUTATIONIBUS.

*Quot modis potest mutari numerus quispiam?*

E. Duobus, nimirum crescendo & decrescendo: si enim numerus nec crescat nec decrecat,

cat, non utique mutatur, sed manet sibi ipsi æqualis. Signum autem æqualitatis est = e. g.  $3=3$  significat tria æquari tribus.

*Quot modis potest numerus crescere?*

¶. Duobus. 1) Numerus crescit, si ei alter numerus homogeneus adjiciatur. 2) Si idem ipse numerus sibi semel aut sæpius addatur. E. g. numerus 3 dupliciter potest augeri; primo addendo illi alium numerum e. g. duo, ut sint 5: vel ipsum 3 sibi aliquoties e. g. bis addendo, ut fiat 9.

*Quot modis potest numerus decrescere?*

¶. Duobus. 1) Numerus decrescit, si ab illo alter numerus homogeneus minor semel, 2) si sæpius auferatur. E. g. Numerus 12 dupliciter potest decrescere; primo auferendo ab illo alterum numerum minorem e. g. quatuor semel, ut fiat 8; aut auferendo sæpius e. g. bis ut sint 4.

*Quot sunt operationes arithmeticæ generatim?*

¶. Duæ. Primum operandi genus est, per quod numeri augmentur; alterum per quod numeri minuantur.

*Quot sunt speciatim?*

¶. Quatuor: cum enim numerus quivis dup-

Dupliciter possit crescere, & dupliciter decrescere, duæ sunt operandi species, per quas numerus crescit, nempe *Additio*, & *Multiplicatio*. & duæ sunt operandi species, per quas numerus decrescit, *Subtractio*, & *Divisio*.

*Scholion.* Quatuor hasce operandi species jam ordine explicabimus, & primum quidem in numeris integris abstractis, deinde in integris concretis, ac demum in fractis.

## CAPUT TERTIUM. DE OPERATIONIBUS IN NUMERIS INTEGRIS ABSTRACTIS.

### §. I.

#### *De Additione numerorum Integrorum abstractorum.*

*Quid est Addere?*

*q. Addere est ex datis partibus facere unum Totum, quod etiam summa vocatur. E. g. dum 3 & 5 simul adduantur, ex datis partibus 3 & 5 fit unum totum 8. Signum additionis est +, quod inter partes addendas interseritur: e. g. 3 + 5 = 8, quod sic enunciatur, 3 plus 5 æquale 8.*

*Quales debent esse partes addendæ?*

*q. Debent esse homogeneæ; aut si heterogeneæ*

genex sunt, debent esse ad eandem speciem reducibles, ut floreni & grossi, vel saltem debent sub communi aliquo nomine considerari, ut si dicas 2 equi & 3 boves sunt 5 animalia: at quamdiu partes manent heterogeneæ, neque unum omnino addi; nam 2 equi & 3 boves neque faciunt 5 equos, neque 5 boves, & hinc non possunt addi.

*In quo sita est additionis bonitas?*

¶. In eo, ut totum, quod ex additione prodit, accurate sit æquale datis partibus simul sumtis; seu ut in se nec plus nec minus contineat, quam datas illas partes.

*Quid ergo inquirit, qui bonitatem Additionis examinat?*

¶. Inquirit, an totum, quod ex additione prodixit, accurate sit æquale datis partibus simul sumtis; seu an in se nec plus nec minus contineat, quam datas illas partes.

*Quot modis potest id ipsum deprehendi?*

¶. Duobus. Si enim totum accurate est æquale datis partibus simul sumtis, tunc 1) ablatis e toto successive omnibus partibus nihil debet remanere. Nam quibus positis totum aliquod oritur, iis ablatis evidenter destruitur. 2) Ablata e toto una parte, debent reliquæ remanere; nam si ex A-B auferas A, evidens est remanere B;

B; si auferas B, evidens est remanere A. Similiter si ex A+B+C auferas C, evidens est remanere A+C; si auferas A, evidens est remanere B+C & sic porro. Hinc additionis bonitas rite comprobatur ope subtractionis.

*Scolion.* Additio in praxi probari potest repetendo operationem, ita ut si ea prius facta est sursum versus, deinde fiat deorsum versus; ac si quidem utroque in casu idem prodeat totum, certi esse possumus de bonitate additionis. Aliqui bonitatem additionis hoc modo explorant. Tam ex toto, quam ex partibus abjiciunt numerum 7 aut 9 quoties possunt, & siquidem idem sit residuum in toto, quod in partibus, arguant legitimam fuisse additionem. At imprimis ratio hujus probationis pueris certe obscura est, qui non vident evidenter, cur inde inferatur legitimam esse additionem. Deinde probatio ipsa fallit in eo casu: ubi error committeretur in sola notarum transpositione. E. g. si pro 32 erronee scriptum fuisset 23, abjecto numero 9 quoties fieri potest, perinde residua in toto & partibus forent æqualia, tametsi erronea fuerit additio.

*Qui ergo proponit puero exemplum additionis, quid dat eidem, & quid ab eo petit?*

*R.* Dat eidem partes addendas, & petit, ut ex illis faciat unum totum.

Quæ

*Quæ sunt regulæ, juxta quas operandum est?*

*By. Sequentes.*

1) Additio numerorum simplicium facillime peragitur ope solorum digitorum. Securitatis tamen causa adponimus Tabellam eidem usui destinatam, ejus praxis est sequens. Cape duos numeros, quos addere voles, unum in columna A B, alterum in columna AC, & ab utroque procede in lineis rectis, nempe ab uno versus dextram, ab altero deorsum versus, donec eæ lineæ in aliquo quadratulo convenient: ibi erit adposita eorundem summa. E. g. Sint addendi numeri 8 & 9: cape in columna AB numerum 8, & in columna AC numerum 9, & procede in lineis rectis concurrentibus in eo quadratulo, ubi inscriptum est 17; quare  $8+9=17$ . Similiter invenies  $7+8=15$ , & sic porro.

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	C
	2	4	5	6	7	8	9	10	11	12	
	3	5	6	7	8	9	10	11	12	13	
	4	6	7	8	9	10	11	12	13	14	
	5	7	8	9	10	11	12	13	14	15	
	6	8	9	10	11	12	13	14	15	16	
	7	9	10	11	12	13	14	15	16	17	
	8	10	11	12	13	14	15	16	17	18	
	9	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
B	10	12	13	14	15	16	17	18	19	20	

2) Si numeri addendi fuerint compositi, haec servient regulæ.

a) Partes addendæ scribantur infra se invicem, & quidem cum debeant esse homogeneæ, ut unitates unitatibus, decades decadibus, centenarii centenariis &c respondeant in eadem columna decorum versus. Ratio sic scribendi est, quia unitates unitatibus, decades decadibus, centenarii centenariis &c sunt homogenei, adeoque simul addi, & propterea infra se invicem scribi debent.

b) Ducta linea transversa, ne partes cum toto confundantur, ope digitorum vel superiores Tabellæ colligantur primum unitates in unam summam, deinde colligantur decades, centenarii &c. & quævis summa scribatur infra eam columnam, e cuius additione enata est; hoc est, summa unitatum scribatur infra unitates, summa decadum infra decades &c. uti factum est in exemplo adposito I.

$$\begin{array}{r} \text{Exempl. I.} \quad 3 \ 4 \ 2 \ 1 \ 6 \\ \quad \quad \quad 2 \ 5 \ 3 \ 4 \ 2 \\ \hline \quad \quad \quad 5 \ 9 \ 5 \ 5 \ 8 \end{array}$$

*Scholion.* Additionem hoc pacto rite fieri patet. Nam sic operando fit imprimis unum totum e datorum numerorum unitatibus, deinde ex eorundem decadibus, centenariis &c. hoc est ex omnibus numerorum datorum partibus, adeoque ex ipsis numeris datis sit unum totum, id quod addere significat.

c) Si summa unitatum excedat numerum Arithmetica.

9, seu si ad duas notas assurgat, infra unitates ea solum nota scribatur, quæ unitates denotat, aut zero si ea nota zero sit; id est ea nota quæ a dextris esset scribenda; altera quæ a sinistris deberet scribi, seu quæ decades denotat, debet sequenti columnæ decadum adjungi. Similiter si decadum summa præter decades excrecat ad centenarios, scribantur decades infra columnam decadum, centenarii vero adjungantur sequenti centeniorum columnæ, & sic porro.

Sic in exemplo 2 summa unitatum  $5+7$  facit 12, seu duas unitates, & unam decadem: hioc 2 unitates scribantur infra columnam unitatum & 1 decas addatur ad columnam sequentem, ubi proinde erunt  $0+3+1$  seu 4 decades. Similiter summa centeniorum  $4+6$  seu  $400+600$  facit 10 seu 1000: hisc in loco centeniorum ponatur 0, & 1 millenarius addatur ad columnam sequentem, & sic porro.

$$\begin{array}{r} \text{Exempl. 2. } 8\ 6\ 3\ 4\ 0\ 5 \\ \quad \quad \quad 6\ 7\ 8\ 6\ 3\ 7 \\ \hline \quad \quad \quad 1\ 5\ 4\ 2\ 0\ 4\ 2 \end{array}$$

Potest idem exemplum etiam sic peragi, ut summæ unitatum, decadum, centeniorum &c integre infra se invicem inscribantur juxta loci sui ordinem, deinde in unam summam totalem addantur. Nempe  $5+7=12$ ,  $0+3=3$ ,  $4+6=10$ ,  $3+8=11$ ,  $6+7=13$ ,  $8+6=14$ : scribantur ergo 12, 3, 10, 11, 13, & 14 juxta suum ordinem, ac deinde simul addantur.

$$\begin{array}{r}
 853405 \\
 678637 \\
 \hline
 & & & 12 \\
 & & & 3 \\
 & | & | & | \\
 & 1 & 1 & 0 \\
 & 1 & 3 \\
 \hline
 14 \\
 \hline
 1542042
 \end{array}$$

d) Si multi numeri essent addendi, perturbationis vitandæ causa commodius perageretur additio per partes, addendo primum tres primos numeros, deinde alios tres, & sic deinceps; ac demum summas particulares cogendo in unam summam totalem, uti factum est in exemplo 3.

*Exempl. 3.*

$$\begin{array}{r}
 36245 \\
 82036 \\
 10500 \\
 \hline
 128781 \\
 9878 \\
 6369 \\
 896 \\
 \hline
 17143 \\
 920 \\
 68 \\
 \hline
 988 \\
 \hline
 146912 \text{ summa totalis.}
 \end{array}$$

summarum particul.

## §. 2.

*De Subtractione Numerorum integrorum abstractorum.**Quid est subtrahere?*

R. *Subtrahere* est unam partem datam auferre a dato toto, ut cognoscatur altera pars, quæ etiam *Differentia* vel *Residuum* adpellatur. E. g. Qui 5 ab 8 subtrahit, quærerit totius 8 alteram partem 3, quæ remanet post ablatam partem 5. Signum Subtractionis est — interpositum inter totum & partem subtrahendam, E. g.  $8 - 5 = 3$ , quod sic enunciatur, 8 minus 5 est æquale 3.

*Quales numeri debent esse totum & pars subtrahenda?*

R. Debent esse homogenei: quivis enim videt e 7 aureis non posse 3 stellas auferri, cum eæ in 7 aureis nullo modo contineantur. Sæpe tamen, ut supra dictum est, possunt numeri heterogenei reduci ad eandem speciem, ut mariani & grossi ad crucigeros, & sic unus ab alio tolli, sicuti docebimus, ubi de numeris concretis agemus. Imo etiam res quævis heterogeneæ, si communī aliquo nomine designentur, possunt spectari ut homogeneæ, quemadmodum supra in additione diximus, & tunc sicut invicem addi, ita ab invicem subtrahi possunt. E. g. Si 2 equi & 15 boves præcise spectentur ut pecora,

pecora, facient simul 7 pecora, unde tolli possunt 3 boves, & adhuc remanent 4 pecora.

*In quo sita est bonitas Subtractionis?*

¶. In eo, ut parte una e toto ablata illud, quod remanet, sit præcise pars totius altera, seu ut in se neque plus neque minus contineat, quam alteram totius partem.

*Quid ergo inquirit, qui bonitatem Subtractionis examinat?*

¶. Inquirit, an post ablatam e toto unam partem illud, quod remansit, sit præcise pars totius altera, nec plus nec minus.

*Quomodo autem potest hoc ipsum deprehendi?*

¶. Additione. Si enim id, quod post subtractionem remansit, sit præcise pars totius altera, illud cum parte subtrahenda simul additum debet præcise efficere totum: & si non efficiat, signum est illud residuum non esse præcise alteram totius partem, sed esse vel plus vel minus. Quare sicuti bonitas additionis subtractione, ita bonitas subtractionis vicissim additione comprobatur.

*Scholion.* In sequentibus subtractionum exemplis probam ubique insinuabimus a tironibus faciendam. Nimirum totum vocabimus A, par-

## §. 2.

*De Subtractione Numerorum integrorum abstractorum.**Quid est subtrahere?*

R. Subtrahere est unam partem datam auferre a dato toto, ut cognoscatur altera pars, quæ etiam *Differentia* vel *Residuum* appellatur. E. g. Qui 5 ab 8 subtrahit, quærit totius 8 alteram partem 3, quæ remanet post ablatam partem 5. Signum Subtractionis est — interpositum inter totum & partem subtrahendam, E. g.  $8 - 5 = 3$ , quod sic enunciatur, 8 minus 5 est æquale 3.

*Quales numeri debent esse totum & pars subtrahenda?*

R. Debent esse homogenei: quivis enim videt e 7 aureis non posse 3 stellas auferri, cum eæ in 7 aureis nullo modo contineantur. Sæpe tamen, ut supra dictum est, possunt numeri heterogenei reduci ad eandem speciem, ut mariani & grossi ad crucigeros, & sic unus ab alio tolli, sicuti docebimus, ubi de numeris concretis agemus. Imo etiam res quævis heterogeneæ, si communis aliquo nomine designentur, possunt spectari ut homogeneæ, quemadmodum supra in additione diximus, & tunc sicut invicem addi, ita ab invicem subtrahi possunt. E. g. Si 2 equi & 15 boves præcise spectentur ut pecora,

pecora, facient simul 7 pecora, unde tolli possunt 3 boves, & adhuc remanent 4 pecora.

*In quo sita est bonitas Subtractionis?*

¶. In eo, ut parte una e toto ablata illud, quod remanet, sit præcise pars totius altera, seu ut in se neque plus neque minus contineat, quam alteram totius partem.

*Quid ergo inquirit, qui bonitatem Subtractionis examinat?*

¶. Inquirit, an post ablatam e toto unam partem illud, quod remansit, sit præcise pars totius altera, nec plus nec minus.

*Quomodo autem potest hoc ipsum deprehendi?*

¶. Additione. Si enim id, quod post subtractionem remansit, sit præcise pars totius altera, illud cum parte subtrahenda simul additum debet præcise efficere totum: & si non efficiat, signum est illud residuum non esse præcise alteram totius partem, sed esse vel plus vel minus. Quare sicuti bonitas additionis subtractione, ita bonitas subtractionis vicissim additione comprobatur.

*Scholion.* In sequentibus subtractionum exemplis probam ubique insinuabimus a tironibus faciendam. Nimirum totum vocabimus A, par-

tem subtrahendam B, residuum C, & ubique adponemus  $B+C=A$ , id quod admonebit tirones, ut ad B addant C, & videant an prodeat A. Potest etiam in praxi examinari bonitas subtractionis per ipsam subtractionem: si enim residuum praeceps est pars totius altera, hac e toto ablata debet remanere pars subtrahenda.

*Qui ergo proponit puero exemplum. Subtractionis quid dat eidem? & quid ab eo petit?*

g. Dat eidem to um & unam partem totius, nempe subtrahendam, & petit ut inveniat partem alteram.

*Quæ sunt regulæ subtractionis?*

g. Sequentes.

1) Numerorum simplicium subtractione peragitur ope digitorum, vel etiam ope Tabellæ superioris. Nimis capiatur numerus subtrahendus in columna AB, & ab eo versus dextram eatur in linea recta usque ad illud quadratum, in quo inscriptum est totum: ab hoc quadratulo ascendatur in linea recta usque ad columnam AC, impingetur ibi in numerum residuum. E. g. Si debeant subtrahi 8 a 17, capte in columna AB numerum 8, & ab eo progredere versus dextram in linea recta usque ad 17, inde ascende directe usque ad columnam AC, in qua impinges in numerum 9: erit ergo  $17 - 8 = 9$ .

2)

2) Si totum, vel etiam pars subtrahenda fuerint numeri compositi, sic erit operandum.

a) Pars subtrahenda scribatur infra totum ea lege, ut unitates partis veniant infra unitates totius, decades infra decades, centenarii infra centenarios &c. Ratio scribendi est, quia cum unitates sint unitatibus homogeneæ, decades decadibus, centenarii centenariis &c. debent unitates partis tolli a totius unitatibus, decades a decadibus &c & hinc infra illas scribi.

b) Ducta linea transversa separante partem subtrahendæ am a residua tollantur unitates partis subtrahendæ ab unitatibus totius, decades a decadibus, centenarii a centenariis &c, & residua singula scribantur sub linea infra illam notam, cujus residua sunt. Si plures sint in toto notæ, quam in subtrahenda parte, illæ totius notæ, e quibus nihil tollitur, integræ remanent, adeoque infra lineam pro residuo ordine suo scribi debent, uti factum est in exemplo 4.

#### Exempl. 4-

$$\begin{array}{r}
 2\ 4\ 5\ 6\ 8\ 7\ 5\ 4 = A \\
 2\ 6\ 3\ 1\ 3 = B \qquad \text{Proba } B+C=A \\
 \hline
 2\ 4\ 5\ 4\ 2\ 4\ 4\ 1 = C
 \end{array}$$

c) Si nota tollenda partis æqualis fuerit notæ correspondenti totius, aut zerus a zero sit auferendus, pro residuo scribendus est zerus, cum tunc residuum sit æquale nihilo. Zeri initio residui occurrentes penitus omittantur, cum nihil significant, ut in exemplo 5.

Ex-

**Exempl. 5.**

$$\begin{array}{r}
 7854068 = A \\
 7812028 = B \\
 \hline
 \cdot\cdot 42040 = C
 \end{array}
 \quad \text{Proba } B+C=A.$$

*d)* Si tantum nota partis subtrahendæ fuerit zerus, scribatur pro residuo nota correspondens totius integra, cum ex illa tunc nihil auferatur, ut in exemplo 6.

**Exempl. 6.**

$$\begin{array}{r}
 386925 = A \\
 40010 = B \\
 \hline
 346915 = C
 \end{array}
 \quad \text{Proba } B+C=A.$$

*e)* Sin autem nota totius fuerit zerus, vel fuerit minor, quam nota correspondens partis subtrahendæ, tunc e nota versus sinistram præcedente transferatur unitas, quæ in eo loco valebit decadem, tum fiat subtractio e nota jam decade aucta: interim nota illa præcedens unitate multata signetur puncto, quod admoneat ex illa unitatem fuisse ablatam. Si nota illa, ex qua mutatio facta est, fuerit 1, ea ablata substitutur cogitatione zerus. Sic in exemplo 7 non potest 4 auferri a 0, hinc e nota præcedente 3 transferatur unitas ad 0, quæ ibi valebit 10, & tollatur 4 a 10, ac 3 notetur puncto, quod jam valebit tantum 2, ex quo cum non possit auferri 8, transferatur illuc e nota præcedente

I, & tollatur 8 a 12, ac in loco præcedente  
loco i cogitatione ponatur 0, e quo cum ne-  
queat auferri 6, transferatur illuc unitas e 5. et  
tollatur 6 a 10, ac denique 1 a 4.

*Exempl. 7.*

$$\begin{array}{r} 5 \ 1 \ 3 \ 0 \ 4 = A \\ 1 \ 6 \ 8 \ 4 \ 2 = B \\ \hline 3 \ 4 \ 4 \ 6 \ 2 = C \end{array}$$

*Proba B+C=A.*

*Scholion.* In hisce casibus notæ, e quibus  
facta est mutuatio, possunt spectari ac si manis-  
tent integræ sine unitatis ablatione, modo notæ  
correspondentes partis subtrahendæ unitate auctæ  
concipiantur: nam rem eodem redire evidens  
est. Sic in exemplo priore sive dicas 8 a 12,  
sive 9 a 13; item 6 a 10, vel 7 ab 11; item  
1 a 4, vel 2 a 5, idem plane est.

f) Si vero nota illa præcedens; e qua uni-  
tas esset mutuanda, fuerit zerus, transferatur e  
nota zerum præcedente unitas ad ipsum zerum,  
quæ in eo loco valebit decuplum seu 10, unde  
unitate ad sequentem notam translata, in loco  
zeri remanebit 9. Quodsi in toto plures conti-  
nenter occurrant zeri, translata unitate e nota  
eosdem præcedente pari prorsus ratione abibunt  
in 9. Sic in Exemplo 8 ex nota 5 transferatur  
1 ad 0, quæ ibi valebit 10, & ex 10 transfe-  
ratur 1 ad 2, & dicatur 5 a 12 manent 7, item  
6 a 9 manent 3. Quia vero 7 non potest aufer-  
ri a 4, transferatur ex 9 unitas ad primum ze-  
rum, habebitur illic 10, unde transferatur 1  
ad secundum zerum, erit in loco primi zeri 9,

in loco secundi 10, unde transferatur 1 ad locum tertii zeri, erit in loco secundi zeri 9, in loco tertii 10, unde transferatur 1 ad 4, erit illuc 14, & in locis zerorum præcedentium erit ubique 9.

*Exempl. 8.*

$$\begin{array}{r} 9000502 = A \\ 2783765 = B \end{array} \quad \text{Proba } B+C=A:$$

$$\underline{\underline{6216737}} = C$$

*Scholion. 1.* Subtractionem hoc pacto rite fieri patet: nam juxta has regulas partis subtrahendæ unitates tolluntur a totius unitatibus, decades a decadibus, centenarii a centenariis &c, adeoque tota pars subtrahenda successive tollitur a toto. Exempla Additionis § superiore allata jubeat probare suos Magister ope jam explicatæ Subtractionis.

*Scholion. 2.* Usus duarum harum specierum in negotiis vitæ quotidiane est maximus: tirones tamen ingentem solent experiri difficultatem, si operationum harum theoriam ad casus particulares applicare debeant. Vitium plerumque penes Magistros est, qui discipulos fere tantum exercent in regulis, & exemplis abstractis, neque iis ostendunt modum applicandi theoriam ad negotia in dies occurrentia. Quare diligenter curabunt Magistri, ut antequam ad reliquias species progreciantur, in applicatione Additionis & Subtractionis juventutem exerceant, proponen-

do varia exempla in vita civili usui futura, quorum pauca specijminis loco hic adferemus, & viam Magistris commonstrabimus.

Quidam e decimis viuearum percepit vini albi urnas 32058, rubri autem 756: quo ergo erant uroarum universæ decimæ? Exponso quæstionis statu, & revocata in mentem Additionis & Subtractionis definitione illico advertet tiro dari hic partes, nempe urnas vini albi & rubri, quærique earundem summam; utendum proinde Additione, ut in Exempl. 9.

*Exempl. 9.*

$$\begin{array}{r} 3058 + 756 = 3814. \\ \text{B} \qquad \text{C} \qquad \text{A} \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Proba } A - C = B \text{ vel} \\ \qquad \qquad \qquad A - B = C \end{array}$$

Diluvium contigit anno mundi 1656: Noe post diluvium mortuus est anno 350: quo ergo mundi anno est Noe mortuus? Rursus hic advertet tiro assignari partes, nimurum annos a mundi origine usque ad diluvium, & annos a diluvio usque ad Noemi mortem, quærique earundem summam, seu annos ab origine mundi usque ad Noemi mortem: quare denuo uteendum Additio- ne, ut in Exemplo 10.

*Exempl. 10.*

$$\begin{array}{r} 1656 + 350 = 2006. \\ \text{B} \qquad \text{C} \qquad \text{A} \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Proba } A - C = B \text{ vel} \\ \qquad \qquad \qquad A - B = C. \end{array}$$

MARIA THERESIA anno currente 1777 at- tigit ætatis annum 60<sup>mum</sup>: quo ergo Christi anno

anno contigit ejusdem nativitas? Exponso diligenter quæstionis statu observabit tiro nullas hic dari partes, e quibus unum totum esset faciendum: dari contra totum, nimirum annos 1777, qui coalescunt partim ex annis 60 a nativitate MARIAE THERESIÆ effluentibus, partim ex annis ejus nativitatem præcedentibus, ac ex his duabus partibus unam assignari, nempe 60 annos, alteram quæri, nimirum annos ejus nativitatem præcedentes. Igitur ex definitione ipsa Subtractionis concludet tiro hic adhibendam esse Subtractionem, ut in exemplo 11.

*Exempl. 11.*

$$1777 - 60 = 1717. \quad \text{Proba } B+C=A$$

A	B	C
---	---	---

JOSEPHUS II. ROM. IMP. natus fuit anno 1741: quot ergo habuit annos, dum anno 1764 Rex Romanorum est inauguratus? Rursus advertet tiro dari hic totum, videlicet annos 1764, qui coalescunt partim ex annis 1741 nativitatem Imperatoris præcedentibus; partim ex annis a nativitate usque ad coronationem effluentibus, ac dari priorem partem, quæri posteriorem; hinc denuo colliget faciendam esse Subtractionem, ut in Exemplo 12.

*Exempl. 12.*

$$1764 - 1741 = 23. \quad \text{Proba } B+C=A$$

A	B	C
---	---	---

Quidam ex una agrorum tabula percepit cruces tritici 272, ex alia 158; dedit pro decima cruces 43: quæritur, quot eidem remanerint? Quæstionis statum expendenti continuo patet imprimis dari hic partes, scilicet cruces 272 & 158, quæ debeant in unam summam colligi; deinde ex hac summa tollendam esse partem unam, nempe 43 cruces decimatori obvenientes, ut innotescat residuum agrorum domino obtingens. Quare primum utendum erit Additione, ut in Exemplo 13, deinde Subtractio-  
ne, ut in Exemplo 14.

*Exempl. 13.*

$$\begin{array}{r} 272 + 158 = 430 \\ \text{B} \quad \text{C} \quad \text{A} \end{array} \qquad \begin{array}{l} \text{Proba } A - B = C \text{ vel} \\ \text{A} - C = B \end{array}$$

*Exempl. 14.*

$$\begin{array}{r} 430 - 43 = 387 \\ \text{A} \quad \text{B} \quad \text{C} \end{array} \qquad \begin{array}{l} \text{Proba } B + C = A. \end{array}$$

Atque hoc pacto, ut dictum est, debent Magistri tirones tam diu exercere, & cum iisdem collaborare, dum advertant eosdem consequitos esse facultatem non Additiones modo ac Subtractiones promte peragendi, sed etiam dijudicandi, utra specie in exemplis & casibus occurrentibus utendum sit: & sic demum eos traducere ad Multiplicationem, de qua nunc agemus.

## De Multiplicatione Numerorum Integrorum abstractorum.

*Quid est multiplicare?*

¶. *Multiplicare* est unum numerum datum toties ponere seu toties sibi ipsi addere, quoies est unitas in alio numero dato. e. g. dum 8 multiplicatur per 3, numerus 8 ponitur seu sibi additur tribus vicibus, quoties nempe est unitas in 3.

*Quomodo appellantur numeri in Multiplicatione occurrentes?*

¶. Ille numerus, qui aliquoties poniri seu sibi ipsi addi debet, appellatur *Multiplicandus*: ille, qui indicat, quoties debeat poniri seu sibi addi *multiplicandus*, vocatur *Multiplicator*; ambo autem communis nomine *Factores* audiunt: demum numerus ex multiplicatione ortus dicitur *Factum* vel *Productum*. Sic dum 8 per 3 multiplicatur, 8 est *multiplicandus*, 3 *multiplicator*, 24 *factum*. Quare his terminis adhibitis multiplicare significat *multiplicandum* toties ponere seu sibi ipsi addere, quoies est unitas in multiplicatore. Signum autem multiplicationis est crux decussata  $\times$  vel punctum inter factores interpositum. E. g.  $8 \times 3$  vel 8. 3 = 24.

*An nihil interest, quocunque ordine multiplicentur inter se factores?*

R: Nihil omnino. Sive enim 8 multiplicet per 3, sive 3 per 8, hoc est, sive 8 ter ponas. sive 3 octies, semper prodit idem factum 24. Quare uterlibet factor potest esse multiplicandus & multiplicator.

Scholion. Quare unus factor semper toties ponitur in Multiplicatione, quoties est unitas in altero; seu semper unus factor toties continetur in facto, quoties unitas in altero. Sic  $3 \times 4$  seu  $4 \times 3 = 12$ , ubi 3 in 12 continetur 4 vicibus; & 4 in 12 continetur 3 vicibus.

*An factores debent esse numeri homogenei?*

R. Minime. Quidquid enim significet multiplicandus, multiplicator semper ipsa sumitur abstracte seu indeterminate, id est præcise consideratur ut numerus abstractus unitatibus suis indicans, quoties debeat poni sive sibi ipsi addi multiplicandus. At cum factum nihil aliud sit, quam multiplicandus aliquoties positus, patet factum multiplicando oportere esse homogeneum.

Scholion. Ex hac animadversione occurritur difficultati cuidam, quæ vexare tironem posset. Nempe si multiplicetur 1 florenus per 1 florenum, factum erit 1 florenus: at si 20 grossi (quot scilicet habet unus florenus) multiplicentur per 20 grossos, factum erit 400 grossi, seu 20 floreni. Quomodo ista cohærent? Nimis in calu

casu primo multiplicator 1 re ipsa non significat unum florenum, sed accipitur abstracte, ac solum indicat 1 florenum semel esse ponendum. Similiter in secundo casu multiplicator 20 re ipsa non significat viginti grossos, sed abstracte sumitur, ac solum indicat 20 grossus, seu unum florenum-vigesies esse ponendum. Quare in binis his casibus multiplicatores solum ad parenter sunt iidem, reapse diversi sunt, nempe 1 & 20: non ergo mirum, si etiam facta diversa sint.

*In quo sita est Multiplicationis bonitas?*

R. In eo, ut factum coalescat e multiplicando praeceps toties, nec saepius, nec paucioribus vicibus posito, quoties est unitas in multiplicatore. Hinc vitiosa esset haec multiplicatio  $3 \times 2 = 7$ , quia factum 7 non coalescit accurte ex 3 bis posito.

*Quid ergo inquirit, qui multiplicationis bonitatem examinat?*

R. Inquirit, an factum accurate coaluerit e multiplicando toties posito, quoties est unitas in multiplicatore.

*Quomodo autem potest hoc ipsum comprehendendi?*

R. Quibus positis factum oritur, iisdem ablatis debet destrui: si ergo factum ortum est e mul-

multiplicando toties posito, quoties est unitas in multiplicatore, multiplicando iterum toties ablatio debet factum destrui. Quare si bene peracta est multiplicatio, tollatur e facto multiplicandus toties, quoties est unitas in multiplicatore, nihil remanebit e facto. Repetitam hanc Subtractionem infra dicemus esse Divisionem, & ibi patebit bonitatem Multiplicationis Divisione explorari.

*Qui ergo puero proponit exemplum multiplicationis, quid dat eidem? & quid ab eo petit?*

¶. Dat factores, & petit factum: seu dat multiplicandum & multiplicatorem, & petit ut toties ponat seu sibi ipsi addat multiplicandum, quoties est unitas in multiplicatore.

*Quæ sunt Regulae Multiplicationis?*

¶. Sequentes.

1) Pro multiplicandis numeris simplicibus ab 1 usque ad 9 serviet tabella Pythagorica hic adposita, quæ continet omnia factorum simplicium producta, quæque vel memoriarum erit mandanda, vel certe tamdiu præ oculis habenda, dum usu ipso tandem memoriarum inhæreat. Porro unus ejusdem est sequens. Exquiratur unus datorum factorum in columna AB, alter in columna AC: deinde a factore priore procedatur linea recta versus dexteram, a posteriore vero linea recta

deorsum; in quo quadratulo hæ lineæ concurrent, ibi reperietur inscriptum factum, quod quæritur, E. g. Si quæratur factum ex  $8 \times 7$ , capiatur factor 8 in columnā AB, & factor 7 in columnā AC; deinde ab 8 procedatur in linea recta versus dexteram, & a 7 linea recta deorsum; concurrent hæ rectæ in eo quadratulo, cui inscriptum est 56, quod proinde erit factum quæsิตum.

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	C
B	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	
	2	4	6	8	10	12	14	16	18	20	
	2	6	9	12	15	18	21	24	27	30	
	4	8	12	16	20	24	28	32	36	40	
	5	10	15	20	25	30	35	40	45	50	
	6	12	18	24	30	36	42	48	54	60	
	7	14	21	28	35	42	49	56	63	70	
	8	16	24	32	40	48	56	64	72	80	
	9	18	27	36	45	54	63	72	81	90	
	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	

*Scholion.* Potest hæc tabella suppleri etiam per digitos pro multiplicandis numeris 6, 7, 8, & 9. Nimirum compressis in utraque manu digitis, erigantur in una tot digitii, quot unitatibus unus datorum factorum deficit a numero 10, & in altera erigantur tot, quot unitatibus alter factor deficit a numero 10: digitii, qui compressi manent, designabant decades, qnibus si addatur

tur productam e numero digitorum erectorum, obtinebitur factum quæsumum. E. g. Si debeat 8 per 7 multiplicari, cum 8 a 10 deficiat per 2, 7 autem per 3, digiti erectori erunt 2 & 3, digiti compresi 5, factum ergo erunt 5 decades seu 50, &  $2 \times 3$ , seu lex, id est 56.

a) Si unus factorum sit numerus simplex seu unica constet nota, alter autem sit compositus, prior sumatur pro multiplicatore, posterior pro multiplicando: fiatque operatio juxta sequentes regulas.

a) Scribatur primum multiplicandus, deinde infra unitates ejusdem scribatur multiplicator, & ducatur transversa linea separans factores a facto.

b) Per multiplicatorem a dextris inchoando imprimis multiplicantur multiplicandi unitates, deinde decades, centenarii, millenarii &c, & quodvis productum scribatur infra lineam ita, ut unitates veniant infra unitates, decades infra decades, centenarii infra centenarios &c. ut in Exemplo 15.

$$\begin{array}{r} \text{Exempl. 15.} \quad 3 \ 2 \ 1 \ 3 \\ \quad \quad \quad \quad 3 \\ \hline \quad \quad \quad 9 \ 6 \ 3 \ 9 \end{array}$$

c) Si productum aliquod assurgat ultra 9, seu si duabus notis esset scribendum, in loco producti scribenda erit solum nota inferioris ordinis, seu illa, quæ a dextris est, altera addi debet producto sequenti, quemadmodum in Additione

C a

dixi.

Aleg

diximus, cum ea nota semper ejusdem sit ordinis, cuius est productum sequens. Vide Exemplum 16.

*Exempl. 16.*

$$\begin{array}{r} 4 \ 6 \ 2 \ 3 \\ \underline{\quad\quad\quad\quad} \\ 4 \\ \hline 1 \ 8 \ 4 \ 9 \ 2 \end{array}$$

*Scholion.* Evidens est hoc pacto partes omnes multiplicandi, hoc est ejusdem unitates, decades, centenarios &c. toties ponit, quoties est unitas in multiplicatore, adeoque omnes partes, seu totum multiplicandum per multiplicatorem multiplicari.

3) Si ambo factores sint numeri compositi seu pluribus notis constantes, scribatur multiplicator infra multiplicandum, ita ut unitates veniant infra unitates, decades, infra decades Centenarii infra centenarios &c, fiatque operatio juxta regulas sequentes.

a) Per unitates multiplicatoris multiplicentur, ut supra, unitates, decades, centenarii &c, seu omnes notæ multiplicandi, & producta scribantur infra lineam, prorsus ut antea.

b) Postea per decades multiplicatoris eodem plane modo multiplicentur unitates, decades, centenarii &c multiplicandi; sed hoc productum initium sumat sub decadibus multiplicatoris, & versus sinistram regrediatur, ut in Exemplo 17, ubi factum ex  $2 \times 7 = 14$  initium sumit sub 7, nempe sub decadibus multiplicatoris, cuius rei ratio est evidens; nam dum unitates multiplicandi multiplicantur per decades multiplicatoris,

idem

idem est ac si hujus decades multiplicarentur per illius unitates, ac proinde factum significat decades secundo a dextris loco scribendas. Sic in allato exemplo  $2 \times 70 = 70 \times 2 = 140$ , ubi patet notam 4 designare decades, adeoque scribi debere in loco decadum.

*Exempl. 17.*

3	5	6	4	2							
				7	5						
1					7	8	2	1	0		
					2	4	9	4	9	4	
					2	6	7	3	1	5	0

c) Facta per decades multiplicatoris operatione, transeatnr ad centenarios, millenarios, decemmillenarios &c multiplicatoris, & per illos, ut ante, multiplicentur omnes notæ multiplicandi, productum autem versus sinistram progrediendo semper initium capiat sub ea nota multiplicatoris, per quam fit multiplicatio. Ratio sic scribendi producta est eadem quæ ante nam factum e centenariis multiplicatoris, & unitibus multiplicandi denotat centenarios, ac proinde scribi debet infra centenarios. Idem est de reliquis productis. Sic in Exemplo 18, quodsi per centenarios multiplicatoris 3 seu per 300 multiplicantur 2 unitates multiplicandi, patet factum esse  $300 \times 2 = 600$ : quare nota 6 designat centenarios, scribi proinde debet infra centenarios. Idem eodem modo patet de milennariis, decemmillennariis &c.

*Exempl. 18.*

3	4	6	8	2
2	3	5	4	
1	3	8	7	2
1	7	3	4	1
1	0	4	0	6
6	9	3	6	4
8	1	6	4	1
4	2	8		

d) Facta omnia particularia peracta multiplicatione addantur in unum to um, uti factum est in binis exemplis superioribus, & sic habebitur integrum factum.

*Scholion 1.* Evidens est ope hujus operacionis omnes notas multiplicandi seu totum multiplicandum toties posse, quod sunt unitates in unitatibus, in decadibus, in centenariis &c multiplicatoris, adeoque in toto multiplicatore: hoc est evidens est totum multiplicandum per totum multiplicatorem successive multiplicari.

*Scholion 2.* Ut hæc tirones distinctius intelligent, repetet Magister cum iisdem exempla superiora expresse scribendo valores factorum & producti, qua in re facem hic iisdem præferemus resumendo exemplum 17. Igitur bis quinque seu  $5 \times 2 = 10$ . Deinde  $40 \times 5 = 200$ . Tum  $600 \times 5 = 3000$ , &  $5000 \times 5 = 25000$ : demum  $30000 \times 5 = 150000$ . Eodem modo  $70 \times 2 = 140$ : &  $70 \times 40 = 2800$ , ac  $600 \times 70 = 42000$ , item  $5000 \times 70 = 350000$ , denique  $30000 \times 70 = 2100000$ . Productis particularibus infra se invicem scriptis & additis obtinetur idem plane

ne totale factum, quod supra. Porro Multipli-  
cationum compendia, quibus hic & alias s<sup>e</sup>pe  
uti licebit, infra adferemus.

$$\begin{array}{r}
 3\ 5\ 6\ 4\ 2 \\
 \underline{\quad\quad\quad\quad\quad} \\
 7\ 5 \\
 \hline
 1\ 0 \\
 2\ 0\ 0 \\
 3\ 0\ 0\ 0 \\
 2\ 5\ 0\ 0\ 0 \\
 1\ 5\ 0\ 0\ 0\ 0 \\
 \hline
 1\ 4\ 0 \\
 2\ 8\ 0\ 0 \\
 4\ 2\ 0\ 0\ 0 \\
 3\ 5\ 0\ 0\ 0\ 0 \\
 2\ 1\ 0\ 0\ 0\ 0\ 0 \\
 \hline
 2\ 6\ 7\ 3\ 1\ 5\ 0
 \end{array}$$

*Nullane occurrunt in multiplicando com-  
pendia?*

**R.** Occurrunt non raro, quorum hæc sunt  
præcipua.

1) Si in fine unius, vel amborum facto-  
rum occurrant zeri, iis interea omissis fiat mul-  
tiplicatio per reliquias notas, servato tamen or-  
dine, quem de factis particularibus scribendis  
supra proposuimus, & in fine facti totalis zeri  
in factoribus omisi adjungantur: patet enim  
periclitanti rem eodem redire, ac si operatio  
per extensum facta fuisset juxta regulas superio-  
res. Vide Exemplum 19.

*Exempl. 19.*

3 6		0 0
2 4		0
<hr/>		
1 4 4		
7 2		
<hr/>		
8 6 4 0 0 0		

2) Si multiplicator sit 1 cum aliquot zeris, factum illico habebitur, si zeri multiplicatoris adjungantur in fine multiplicandi, ut in Exemplo 20. Sin autem multiplicandus sit 1 cum aliquot zeris, zeri ejusdem multiplicatori erunt adjungendi, ut in Exemplo 21.

*Exempl. 20.*

3 6 9 8 2		1 0 0
<hr/>		
3 0 9 8 2 0 0		

*Exempl. 21.*

1 0 0 0		3 2
<hr/>		
3 2 0 0 0		

3) Si in loco intermedio multiplicatoris occurrant zeri, cum ii nihil multiplicent, iis omissis peragatur multiplicatio per reliquas notas, servato tamen ordine, quo facta particularia scribenda esse supra diximus. Vide Exemplum 22.

*Exempl. 22.*

3 6 5 2		2 0 0 3
<hr/>		
1 0 9 5 6		
7 3 0 4		
<hr/>		
7 3 1 4 9 5 6.		

2)

4) Si quis numerus per 9 esset multiplicandus, satis erit illi in fine addere zerum, & eundem illum numerum a se ipso zero aucto tollere, ut in Exemplo 23. Ratio in aperto est: nam cum illi numero zerus additur, hoc ipso per 10 multiplicatur, seu fit decuplo major; quare si ex hoc decuplo simplum, seu numerus ipse multiplicandus tollatur, residuum erit noncuplum, seu numerus propositus per 9 multiplicatus. Vide Exemplum 23. Eodem modo si quis numerus multiplicari deberet per duos aut plures novenarios, adjiciendi essent illi duo vel plures zeti, & subtractio facienda ut supra. Vide Exemplum, 24.

*Exempl. 23.*

$$463 \times 9 = 4630 - 463 = 4167.$$

*Exempl. 24.*

$$463 \times 999 = 463000 - 463 = 462537.$$

5) Idem plane erit observandum respectu multiplicatoris 8 cum hoc discrimine, quod numerus multiplicandus bis debeat subtrahi, ut in Exemplo 25.

*Exempl. 25.*

$$244 \times 8 = 2440 - 244 - 244 = 2440 - 488 = 1952.$$

*Scholion.* Cum usus Multiplicationis in vita quotidiana admodum frequens sit, diligenter curabit præceptor, ut tirones consuecant non pro-

posita modo exempla expedite facere, sed etiam ad usus vitæ, variaque negotiorum genera applicare; cum primis autem discernere, quibusnam in casibus sit adhibenda Multiplicatio. Hunc in finem pauca subjungemus Paradigmata.

Habet quidam in cellario urnas vini 2354, quarum quælibet valet florenos 7: quantum valebunt omnes urnæ simul? Cum pretium unius urnæ sint floreni 7, illico adparet totum pretium consurgere ex toties 7 florenis, quot sunt urnæ, adeoque debere 7 florenos vicibus 2354 sumi, hoc est 2354 per 7 multiplicari, ut in Exemplo 26.

$$\begin{array}{r} \text{Exempl. 26.} & 2 \ 3 \ 5 \ 4 \\ & \overline{7} \\ & 1 \ 6 \ 4 \ 7 \ 8 \end{array}$$

Quærit quispiam, quotnam crucigeros faciant Floreni 564? Cum unus florenus contineat 60 crucigeros, patet 60 crucigeros toties debere sumi, quot sunt Floreni, adeoque 564 per 60 multiplicari, ut in Exemplo 27.

$$\begin{array}{r} \text{Exempl. 27.} & 5 \ 6 \ 4 \\ & \overline{6} \ | \ 0 \\ & 3 \ 3 \ 8 \ 4 \ 0 \end{array}$$

Sunt in Comitatu quodam universim pagi & oppida 112, in quorum singulis numerum medium assumendo sunt domus 84, & in domo quavis 5 personæ: quæritur, quotnam sint in toto Comitatu personæ. Statim adparet ad numerum personarum definiendum prius definiri numerum

merum domorum. Cum ergo in uno pago ponatur esse domus 84, evidens est toties debere sumi 84 quot sunt pagi, adeoque 112 per 84 multiplicari: unde prodibunt domus 9408. Cum ergo in una domo sint personæ 5, clarum est toties debere 5 sumi, quot sunt domus, adeoque 9408 per 5 multiplicari, ut in Exemplo 28.

*Exempl. 28.*

$$\begin{array}{r}
 \text{I I 2} \\
 8 4 \\
 \hline
 4 4 8 \\
 8 9 6 \\
 \hline
 9 4 0 8 \\
 5 \\
 \hline
 4 7 0 4 0
 \end{array}$$

Constituti sunt ad transportanda militum impedimenta equi 314; quare cum unus equus facile vehat libras 550, quot libras poterunt vehere omnes equi simul? In opero est libras universim fore tales 550 quot sunt equi, adeoque debere 550 multiplicari per 314. Vid, *Exempl. 29.*

*Exempl. 29.*

$$\begin{array}{r}
 5 5 0 \\
 3 1 4 \\
 \hline
 2 2 0 0 \\
 5 5 0 \\
 1 6 5 0 \\
 \hline
 1 7 2 7 0 0
 \end{array}$$

Sint, ut supra, in Comitatu quodam personæ 47040, quarum quævis medium sumendo consu-

consumat per annum 3 frumenti metretas: quot universim consumentur metretæ in toto Comitatu? Nemo non videt toties tres metretas consumi, quot sunt personæ, adeoque numerum personarum 47040 esse per 3 multiplicandum, ut in Exemplo 30.

$$\begin{array}{r} \text{Exempl. 30.} \quad 47040 \\ \hline 3 \\ \hline 141120 \end{array}$$

S. 4.

*De Divisione Numerorum Integrorum  
Abtractorum.*

*Quid est dividere?*

R. *Dividere* est unum numerum datum ab altero dato toties auferre, quoties in eodem continetur, seu quoties est unitas in tertio quopiam numero indicante quoties prior numerus datus in posteriore contineatur. E. g. dum 6 per 2 dividitur, 2 a 6 aufertur 3 vicibus, quoties nimirum in eo continetur.

*Scholion.* Quemadmodum ergo Multiplicatio est repetita ejusdem numeri additio; ita Divisio est repetita ejusdem numeri subtractio. Et sicut ibi repetita illa additio non successive, sed ad semel fit; ita fieri repetitam hanc subtractionem infra adparebit.

*Quo-*

*Quomodo adpellantur numeri in Divisione  
occurrentes?*

*E.* Ille numerus datus, qui ab altero dato aliquoties tollitur, adpellatur *Divisio*: ille a quo tollitur, *Dividendus*: ille tertius, qui indicat, quoties contineatur divisor in dividendo, adeoque quoties sit ex eo tollendus, *Quotus vel Quotiens*. Dividere ergo idem est, ac divisorem toties auferre a dividendo, quoties est unitas in quoto. E. g. dum 6 per 2 dividitur, divisor est 2, dividendus 6, quotus 3. Signum divisionis est: interdividendum & divisorem interjectum: hinc 6: 2 significat 6 divisum per 2.

*Quot ergo operationes involvit Divisio?*

*E.* Tres. Nam 1) ut divisor toties tollatur a dividendo, quoties est unitas in quoto, necessario inveniri debet quotus. 2) Invento quoto cum divisor toties debeat a dividendo tolli, quoties est unitas in reperto quoto, ut ad semel tolli possit toties, prius debet toties poni, seu divisor per quotum multiplicari. 3) Hoc factum, seu divisor toties positus quoties est unitas in quoto, debet a dividendo subtrahi, in quo postremo proprie sita est *Divisio*. E. g. dum quis 6 per 2 dividit, 1) querit quoties 2 sit in 6, & invenit quotum 3. 2) Ut 2 a 6 ter ad semel auferat, prius 2 ter ponit seu per 3 multiplicat. 3) Factum 6 a dividendo 6 subtrahit.

*Scholion.* Sola ergo quoti investigatio est hic nova operatio, unde vulga totam Divisionis naturam solemus reponere in quoti inventione,

ac dividendum consideramus instar ejusdam totius, quod in certas partes distribui debeat: & tunc quidem divisor indicat, in quo partes totum sit dividendum, & quotus ostendit partis unius magnitudinem. E. g. dum 6 per 2 dividitur, totum lex in duas partes distribuitur, cujus una pars dimidia est 3. Ex quo adparet, eur hæc operatio Divisio appellata sit.

*An Divisor, Dividendus, & Quotus debeant esse numeri homogenei?*

R. Duo eorundem semper debent esse homogenei, tertius autem sumitur abstracte, seu indeterminate. Nimirum 1) Si spectetur divisio juxta datam a nobis definitionem, patet divisorum dividendo oportere esse homogeneum, ut si quæras quoties centineantur seu quoties possunt auferri 3 floreni a 12 florenis; cum divisor tanquam pars aliquoties tollatur a dividendo: at tunc quotus spectatur abstracte, uti multiplicator in Multiplicatione, qui nempe suis unitibus ostendit, quoties sit tollendus divisor a dividendo. 2) Sino autem spectetur divisio tanquam dividendi seu totius in certas partes distributio, evidens est quotum esse partem dividendi, ac proinde illi homogeneum: tunc autem divisor sumitur abstracte, ut qui ostendit duntaxat suis unitibus, in quo partes debeat distribui dividendus. Ceterum eadem erit Divisionem peragendi ratio, utrilibet adhibeatur consideratio.

*In quo sita est Divisionis bonitas?*

R. In eo, ut finita Divisione dividendus vel totus, si nihil remansit, vel ejus pars, si aliquid remansit, destruatur per divisorem ex eo præcise toties ablatum, quoies est unitas in quanto. E. g. dum 12 dividitur per 3, seu dum 3 ex 12 auferuntur 4 vicibus, dividendus 12 destruitur per divisorem 3 ex illo 4 vicibus ablatum, & hinc bona est operatio. At si 16 dividendo per 3, divisorem 3 a dividendo 16 auferres 4 vicibus, adeoque e dividendo 16 destrueres partem 12, mala esset operatio; nam pars hæc 12 non esset destructa per divisorem 3 toties ablatum a 16, quoties est unitas in quanto, cum in quanto unitas non quater sed quinquies sit, adeoque pars dividendi debeat destrui per divisorem 3 ablatum 5 vicibus, id quod destruit non 12 sed 15.

*Quid ergo inquirit qui bonitatem Divisionis examinat?*

R. Inquirit, an dividendus totus vel ejus pars sit destructa per divisorem toties ex eodem ablatum, quoties est unitas in quanto. E. g. dum queritur an 12 recte sit divisum per 3, istud queritur, an 12 sit destructum per 3 ex illo quater, quoties nempe est in quanto unitas, ablatum.

*Quomodo potest istud deprehendi?*

R. Quibus ablatis fuit dividendus destrutus, iisdem repositis renasci debet: si ergo est destrutus

ctus per divisorem toties ex eodem ablatum, quoties est unitas in quoto, si divisor iterum toties reponatur, quoties est unitas in quoto, seu si divisor per quotum multiplicetur, debet renasci dividendus vel totus, si nihil ex eo remansit, vel pars destructa, si aliquid remansit, cui si addatur id quod remansit, prodire debet totus dividendus. Hinc bonitas Divisionis exploratur ope Multiplicationis divisoris per quotum.

*Scholion.* In sequentibus Divisionis exemplis ubique dividendum vocabimus A, divisorum B, quotum C, & addemus  $B \times C = A$ , quod monebit tironem probandam esse Divisionis bonitatem multiplicando divisorum per quotum, & videntio an pro facto ubique prodeat dividendus.

### *Quomodo exploratur ope Divisionis bonitas Multiplicationis?*

*R.* Diximus superius, factum penitus destrui debere, si multiplicandus ex eo toties auferatur, quoties est unitas in multiplicatore, siquidem legitima sit multiplicatio: atqui dum multiplicandus ex facto toties auferatur, factum per multiplicandum dividitur, ut patet ex Divisionis definitione: ergo si legitime facta est Multiplicatio, factum per multiplicandum, diviso nihil debet remanere, seu factum debet destrui.

### *Quis autem debet esse quotus in hac Divisione?*

*R.* Multiplicator. Cum enim ex ipsa multiplicationis natura multiplicandus toties sit in facto,

cto, quoties unitas in multiplicatore, dum factum dividitur per multiplicandum, toties tollitur e facto multiplicandus, quoties in eo continetur, seu quoties est unitas in multiplicatore, ac proinde quotus erit multiplicator.

*Scholion.* Quod si factum divideretur per multiplicatorem, eodem modo patet quotum fore multiplicandum, cum alteruter factor possit esse multiplicator, & multiplicandus. Quare si factum dividatur per unum factorem quotus semper erit alter factor. Jubeat Magister tirones hoc pacto explorare omnia Multiplicationis exempla § superiore allata.

*Qui ergo proponit exemplum Divisionis quid dat? & quid petit?*

*R.* Dat divisorem & dividendum, petitque ut divisor toties tollatur a dividendo, quoties est unitas in quo: adeoque petit tres illas operationes, quas in omni Divisione involvi supra diximus.

*Quomodo fit quoti investigatio?*

*R.* Cum evidens sit toties posse divisorem tolli a dividendo, quoties in eodem continetur, patet inveniri quotum interrogando divisor contineatur in dividendo.

*Quæ jam sunt regulæ faciendæ Divisionis?*

*R.* Sant Sequentes.

1) Si tam divisor, quam dividendus sint numeri simplices, seu unica nota constantes, Arithmetica. D quo-

quotus fere absque ullo artis adminiculo innotescit; facile enim unusquisque pervidet, quoties numerus simplex ab alio simplece possit auferri, seu quoties in eo contineatur. Juvari tamen possunt tirones etiam ope Tabellæ Pythagoricæ supra allatæ, cujus in re præsente usus est sequens. Quæratur divisor in columna AB, a quo procedendo versus dexteram in linea recta videatur, in quonam quadratulo occurrat dividendus, vel numerus dividendo proxime major: ab hoc directe ascendendo occurret quotus in columna AC. E. g. Sit 56 dividendum per per 8: capiatur divisor 8 in columna AB, ac ab eo versus dexteram directe procedendo occurset quadratulum, in quo inscriptum est 56; ab hoc directe ascendendo occurret in columna AC quotus quæsus 7. Idem invenitur quotus, etiamsi dividendus esset 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63; at si esset 64, jam quotus esset 8.

*Scholion.* Idem plene erit hujus tabellæ usus, etiamsi divisor & dividendus fuerint numeri compositi, quemadmodum adparebit e sequentibus.

2) Si divisor sit numerus simplex, & dividendus numerus compositus, scribatur loco primo divisor, deinde in eadem linea dividendus parenthesi inclusus, & hac ratione fiat operatio:

a) Si divisor in singulis dividendi notis exacte contineatur, quæratur juxta tabellam Pythagoricam quoties contineatur divisor in qualibet dividendi nota, & quoti scribantur ordine post dividendum: ita obtinebitur quotus quæsus, per quem multiplicatus divisor, & a dividendo subtractus nihil relinquet, ut in Exemplo 31.

Ex-

*Exempl. 31.*

B	A	C
2	(6 8 4 2 6 4)	3 4 2 1 3 2
		<i>Proba</i>
		$B \times C = A$

b) Si divisor non contineatur exacte in singulis dividendi notis, quæratur, quoties contineatur in prima dividendi nota, vel (si ea minor fuerit, quam prima divisoris nota) in duabus primis dividendi notis in sinistra inchoando. Sic in exemplo 32 cum 7 in 2 non contineatur, quæratur quoties contineatur in 24 ope tabellæ Pythagoricæ, & quotus 3 scribatur post dividendum. Quia vero debet divisor a dividendo toties tolli, quoties est unitas in quo invento, ut hoc ad semel fieri possit, debet prius divisor toties poni seu per quotum multiplicari, & factum tolli ab iis dividendi notis, in quibus quotus quærebatur, & siquid remaneat, ducta transversa linea subscribi. Sic in exemplo præsente cum a 24 debeat 7 ter tolli, debet prius ter poni seu per 3 multiplicari, ac factum 21 a 24 auferri, & residuum 3 infra lineam scribi.

*Exempl. 32.*

B	A	C
7	(24, 1, 5,) 345	<i>Proba</i>
		$B \times C = A$
21		
<hr/>		
31		
<hr/>		
28		
<hr/>		
-35		
<hr/>		
35		
<hr/>		
--		

c) Residuo huic, quod semper minus esse debet divisore, jungatur a dextris sequens dividendi nota (apud nos ad 3 adjungatur 1) vel sola ponatur si nihil remansit, nota vero deposita notetur virgula in dividendo, ut sciatur illam jam esse infra lineam depositam. Quæratur iterum quoties contineatur divisor in his notis (apud nos 7 in 31) & quotus (apud nos 4) scribatur post priorem quotum. Quia vero divisor a dividendo debet toties tolli, quoties est unites in novo hoc quoto, prius debet toties poni seu per quotum multiplicari, & factum ut ante subtrahi, ac residuum, siquod est, infra lineam scribi. Apud nos divisor 7 debet a 31 quater tolli, adeoque prius quater poni seu per quotum 4 multiplicari, & factum 28 tolli a 31, ac residuum 3 infra lineam scribi. Ad hoc residuum jungatur iterum sequens dividendi nota, ac eadem operatio tamdiu continuetur, dum omnes dividendi notæ sensim depositæ sint. In exemplo nostro ad residuum 3 jungatur sequens dividendi nota 5 virgula notanda, & quæratur quoties sit 7 in 35, ac quotus 5 scribatur post priorem 4, & divisor 7 ducatur in huic novum quotum, factumque 35 tollatur a 35, remanebit nihil.

d) Siquid ex subtractione ultima remaneat, quod quidem semper minus erit divisore, adjungatur ad dexteram inventi quoti, & lineola interposita divisor eidem subscribatur, qui scribendi modus fractionibus, ut dicemus, proprius semper indicabit numerum superiorem per inferiorem debere dividi. Vide Exemplum 33.

Ex.

*Exempl. 33.*

B	A	C
$5$	$(46, 8, 7,)$	$937\frac{2}{5}$
		<i>Proba</i> $B \times C + 2 = A$
		$\underline{\underline{}}$
	$45$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$18$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$15$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$37$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$35$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$- 2$	

2) Si nullum sit alicubi residuum, & in deposita dividendi nota divisor nec semel continetur, pro quoto scribatur zero, & e dividendo adhuc una nota deponatur, cum tunc divisor ductus in quotum sit nihilum, adeoque e priore nota nihil subtrahatur. Idem observandum, si residuum nullum fuerit, & nota dividendi deposita fuerit zero. Vide *Exemplum 34.*

*Exempl. 34.*

B	A	C
$8$	$(32, 4, 8, 1, 6,)$	$40602$
		<i>Proba</i> $B \times C = A$
		$\underline{\underline{}}$
	$32$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$- 48$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$48$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$- 16$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$16$	
	$\underline{\underline{}}$	
	$-$	

*Scholion. 1.* Diligenter exercendi erunt tirones in Divisionibus, quarum divisores sunt numeri simplices, secus magnas patientur difficultates, cum ad divisores compositos traducti fuerint. Quod si in tabella Pythagorica probe versati fuerint, Divisiones hujusmodi longe brevius peragent hoc modo. In exemplo 32 sit 2415 dividendum per 7; cum 7 in 2 non contineatur, 7 in 24 invenitur 3 vicibus; scribatur ergo 3 pro quoto, eritque  $7 \times 3 = 21$ , quo ex 24 ablatio manet 3, quod mente jungendo notæ dividendi sequenti 1, ibit 7 in 31 quater; scribatur ergo 4 pro quoto, eritque  $7 \times 4 = 28$ , quo ex 31 ablatio remanet 3, quod mente jungendo notæ dividendi sequenti 5, ibit 7 in 35 quinquies, &  $7 \times 5 = 35$ , quo ex 35 ablatio nihil remanet.

*Scholion. 2.* Sedulo inculcandum erit tironibus nullum hic committi errorem, dum notæ dividendi tractantur instar unitatum vel decadum, tametsi reapse sint centenarii, millenarii, decem-millenarii &c: nam etiam quotus inventus erit decas, centenarius, millenarius &c, prout nempe locum a fine occupabit. Sic in Exemplo 31, ubi 684264 dividitur per 2, dum dicitur 2 in 6 continetur ter, idem plane est ac si diceretur 2 in 600000 continetur 300000 vicibus; nam nota 3 in quoto occupat sextum a fine locum, adeoque valet 300000. Similiter dum dicitur 2 in 8 continetur quater, idem est ac si diceretur 2 in 80000 continetur 40000 vicibus; nam nota 4 in quoto occupat quintum a fine locum, adeoque valet 40000. Dum dicitur 2 in 4 continetur bis, idem est ac si diceretur 2 in 4000 contine-

tur 2000 vicibus, cum 2 in quoto occupet quartum a fine locum, adeoque valeat 2000. Et sic porro.

3) Si tam divisor quam dividendus sint numeri compositi, scribantur divisor ac dividendus, ut supra, & postea hæ leges obseruentur.

a) Triplex hic potest occurrere casus. *imo* Si prima divisoris nota minor sit, quam prima dividendi, queratur quoties illa in hac contineatur, & quotus scribatur post dividendum more consueto. *adō* Si prima divisoris nota major sit quam prima dividendi, queratur quoties illa continetur in duabus prioribus dividendi notis, & quotus scribatur ut ante. *3tio* Si denique prima divisoris nota æqualis sit primæ dividendi, videatur an secunda divisoris sit minor vel major quam secunda dividendi: in casu primo queratur quoties prima divisoris nota continetur in prima, in casu secundo in duabus prioribus dividendi notis, & quotus scribatur ut ante. Quod si aliquot notæ divisoris primores æquarentur aliquot primoribus dividendi, dividendum esset, an nota prima inæqualis in dividendo vel in divisiore major sit. E. g. si per 3246 dividi deberet 32489, inquirendum esset quoties 3 sit in 3: at si dividi deberet 32419, querendum esset quoties 3 sit in 32. Ubi notandum quotum una investigatione inventum semper esse simplicem, seu nunquam assurgere ultra 9: licet enim hic 3 in 3a contineretur 10 vicibus, reliquæ tamen notæ in reliquis toties nunquam continentur.

b) Invento quanto ducatur totus divisor in eundem more solito, factumque tollatur a tot

prioribus dividendi notis virgula separatis, quot habet divisor, si quotus fuit inventus solum ope unius notæ dividendi; vel a notis una pluribus virgula separandis, si quotus fuit repertus ope duarum dividendi notarum. Quodsi factum hoc inde subtrahi nequeat, indicio est quotum esse sumtum justo majorem, ac proinde tamdiu unitate esse multandum, dum hoc factum subtrahi possit. Idem observandum in operationis decursu. Sin autem facta subtractione residuum majus foret divisore, argumento esset quotum sumtum esse justo minorem, ac proinde tamdiu augendum unitate, dum hoc residuum minus sit divisore, quod ipsum etiam in reliqua operatione locum habet.

c) Peracta subtractione, residuo, siquod fuerit, jungatur sequens dividendi nota, virgula in dividendo signanda, & continuetur operatio eadem plane ratione, dum omnes dividendi notæ sensim depositæ fuerint. Siquid ex ultima subtractione remanet, jungatur a dextris quoti, ac divisor interjecta lineola subscribatur, ut in Exemplo 35, ubi cum prima divisoris nota 4 major sit quam prima dividendi 2, queratur quoties contineatur 4 in 25: equidem contineretur sexies, sed cum sequens divisoris nota in 15 sexies non contineatur, pro quo scribendum est 5, &  $456 \times 5$  seu 2280 tollendum a quatuor prioribus dividendi notis, & notandum residuum 288, ac huic jungenda sequens dividendi nota 0, & querendum quoties contineatur 4 in 28, ac tametsi contineatur septies, tamen pro quo potatur 6. ob causam paulo ante allatam, & sic deinceps.

Ex-

## Exempl. 35.

B A C

456 (2568,0,4,) 563  $\frac{76}{456}$ Proba  $B \times C + 76 = A$ .

$$\begin{array}{r}
 2280 \\
 - 2880 \\
 \hline
 2736 \\
 - 1444 \\
 \hline
 1368 \\
 - 76 \\
 \hline
 \end{array}$$

d) Si residuum quoddam cum adjuncta dividendi nota minus fuerit divisor, scribatur pro quo zero, cumque divisor per zero multiplicatus det pro facto nihilum, nihil erit a dividendo subtrahendum, cui proinde deuo adjungatur sequens dividendi nota, & si adhuc divisor major fuerit, iterum pro quo scribatur zero, & e dividendo nova nota deponatur, id que tamdiu continuetur, dum residuum sic auctum divisorum adaequat vel superet: cetera deinceps methodo conueta peragantur. In Exemplo 36 cum prima divisoris nota 2 minor sit quam prima dividendi 8, queratur quoties contineatur 2 in 8; ab licet contineatur quater, quia tamen 9 in 9 toties haud continetur, pro quo scribatur 3, &  $298 \times 3$  seu 894 tollatur a 894, remanebit nihil. Deponatur sequens dividendi nota 7, in qua cum divisor 298 nullus contineatur,

tur, scribatur pro quo<sup>to</sup> zero<sup>s</sup>, in quem ductus divisor dat nihil, quod a 7 subtractum relinquit totum 7; quare adjungatur ei sequens dividendi nota 4, & quoniam divisor ne quidem in 74 continetur, rursus pro quo<sup>to</sup> scribatur zero<sup>s</sup>, & facta divisoris per quotum multiplicatione factum erit nihil, quod a 74 subtractum relinquit totum 74. Adjungatur huic sequens dividendi nota 5, & queratur quoties contineatur divisor 298; in 745; ubi licet 2 in 7 reperiatur ter, quia tamen 9 in 14 non continetur ter scribatur pro quo<sup>to</sup> 2, & more consueto continuetur operatio.

*Exempl. 36.*

B	A	C
298	(894, 7, 4, 50,)	30025
894		Proba B×C=A
	745	
	596	
	1490	
	1490	

*Scholion.* Evidens est hae operandi ratione divisorum toties auferri a dividendo, quoties est uitas in quo<sup>to</sup>. Nam subtractione ultima divisor toties tollitur e dividendo, quoties est uitas in ultima nota, seu in unitatibus quoti: penultima subtractione toties, quoties est uitas in nota penultima, seu in decadibus quoti: antepenul-

tepenultima subtractione toties, quoties est unitas in antepenultima nota, seu in centenariis quoti, & sic porro: adeoque peracta tota operatione divisor toties aufertur a dividendo, quoties est unitas in singulis notis quoti, seu in toto, id quod Divisio significat.

*Nullane sunt in promptu Divisionis compendia?*

R. Sunt non pauca, quorum præcipua subiungimus-

1) Si dividendus in fine habeat zeros, ac divisor sit 10, 100, 1000 &c, quotus illico habebitur, si e fine dividendi deleantur tot zeri, quot sunt in divitore, ut in Exemplo 37. Sin autem in fine dividendi non essent zeri, deberent ex eodem in fine tot notæ resecari, quot sunt in divitore zeri, & notis sic resectis divisor interjecta lineola subscribi, ut in Exemplo 38.

*Exempl. 37.*

$$\begin{array}{r} \text{B} \quad \text{A} \quad \text{C} \\ 1000 \ (630000) \ 630. \quad \text{Proba } \text{B} \times \text{C} = \text{A} \end{array}$$

*Exempl. 38.*

$$1000 \ (468952) \ 468 \ \frac{952}{1000}$$

$$\text{Proba } \text{B} \times \text{C} + 952 = \text{A}.$$

2) Si in fine tam divisoris quam dividendi fuerint zeri, resecantur ex utroque zeri totidem, & cum reliquis notis fiat consueta operatio, ut in Exemplo 39.

Ex.

## Exempl. 39.

A      B      C

$$84500 : 3500 = 845 : 35 = 2 \frac{145}{356}$$

Proba    B × C + 145 = A.

3) Si tantum divisor habeat in fine zeros resecantur a fine dividendi tot notæ, quot habet divisor zeros, & omissis in divisore zeris dividantur reliquæ dividendi notæ more consueto. Peracta Divisione resectæ dividendi notæ jungantur ultimo residuo, siquod fuit, ac iis linea-ola interjecta totus divisor subscriptibatur, ut in Exemplo 40.

## Exempl. 40.

B      A      C

$$468934 : 2500 = 25|00 (46,8,9|34) 187 \frac{1434}{2500}$$

$$\begin{array}{r} 25 \\ \hline 218 \\ 200 \\ \hline 189 \\ 175 \\ \hline 14 \end{array}$$

Proba    B × C + 14 = A.

*Scholion.* Ut vim horum compendiorum titrones assequantur, jubeat eosdem Magister hæc eadem exempla etiam per extensum juxta regulas superius traditas facere.

4) Quando divisor ac dividendus sunt numeri

meri paulo maiores, citius peragitur Divisio, & quidem sola additione & subtractione ope Tarifæ, cujus sequens est constructio. Sit divisor quiscunque e. g. 3685 in Exemplo 41, & dividendus quiscunque e. g. 6701855. Scribantur in una columna divisoris multiplia a simplio incipiendo usque ad noncuplum. quæ acquiruntur sola additione: nam si divisorem simplum 3685 sibi ipsi addas, habebis ejusdem duplum 7370: si huic iterum addas simplum, habebis triplum 11055: si duplum sibi ipsi addas, habebis quadruplum 14740: si huic addas simplum, habebis quintuplum, & sic porro. Hæc ordinentur in unam columnam, ut videre est in adposito Exemplu, ubi numeri columnæ adjecti 1, 2, 3, 4 &c denotant divisoris simplum, duplum, tripulum, quadruplum etc.

B	A	C
Exempl. 41. 3685 (6701,8,5,5)	1818	$\frac{2525}{3685}$
<u>3685</u>		
30168		
<u>29480</u>		
6885		
<u>3685</u>		
32005		
<u>29480</u>		
2525		

$$\text{Proba } B \times C + 2525 = A.$$

1	3685
2	7370
3	11055
4	14740
5	18425
6	22110
7	25795
8	29480
9	33165

Inchoetur jam Diviso quærendo quoties 3  
contineatur in 6, quod quidem bis contineretur,  
sed in Tariffa divisoris duplum, nimirum 7370  
majus esset primis divisib; dividendi notis 6701, unde  
subtrahi deberet: quare pro quoto ponatur  
3, cui in Tariffa correspondens ipse divisor sub-  
trahatur a 6701, remanebit 3016 cui adjungatur  
sequens dividendi nota 8, & quæratur quoties  
contineatur 3 in 30, & patebit ne quidem novi-  
es contineri, cum in Tariffa divisoris noncup-  
lum majus sit quam 3016: ponatur ergo quo  
quoto 8, & eidem in Tariffa respondens divisor-  
es octuplum 29480 subtrahatur a 30168, rema-  
nebit 688, cui adjuncta sequente dividendi nota  
5, quæratur quoties 3 contineantur in 6, ac  
licet bis contineretur, quia tamen in Tariffa di-  
visoris duplum majus est, quam 6685, ponatur  
pro quoto 1, cui respondens in Tariffa ipse di-  
visor 3685 tollatur a 6885, remanebit 3200,  
cui adjecta ultima dividendi nota 5, quæratur  
quoties 3 contineatur in 32, & patebit illico  
non contineri novies, cum divisoris noncuplum

in Tariffa majus sit quam 32005; quare pro quoquo ponatur 8, eique respondens divisoris oœcupum 29480 tollatur a 32005, remanebit 2525.

Satis vel ex hoc exemplo adparet sine Tariffæ subsidio operationem effici longiorem; nam quotus justo major sëpe unitate minuendus, aut quotus justo minor sëpe unitate augendus est, qui labor certe & longior & molestior est, quam alle qui Tariffæ constructioni impenditur.

*Scholion.* Usus Divisionis in vitæ humanæ negotiis est multo maximus: quare tirones in dividendo jam satis exercitati in eo diligentissime erunt informandi, ut discernant casus, in quibus utendum est Divisione, qui quidem fere ad classes duas revocatur; nam vel queritur 1) quoties numerus quispiam in alio dato contineatur; vel 2) totum aliquod in partes certas tribuendum est. Rei utriusque exempla occurrunt in sequentibus paradigmatis, quibus complura similia in promptu habebunt Præceptores.

Quidam inito calculo deprehendit se percipisse crucigeros 2586: vult scire, quotam hi Florenos efficiant. Cum Florenus contineat 60 crucigeros, evidens est in datis crucigeris tot contineri Florenos, quoties 60 crucigeri continentur, ac proinde dividi debere propositos crucigeros per 60, ut in Exemplo 42.

*Exempl. 42.*

B    A    C

60 (2586) 43, 6 cruc.

*Proba* B×C+6=A.

Computando vini urnam per 7 Florenos, quæritur, quo<sup>rum</sup> possint urnæ emi Florenis 80507? Cum urna ematur Florenis 7, patet data pecunia<sup>rum</sup> summa tot emi posse urnas, quæties in eadem Floreni 7 continentur, ac proinde datam summam esse per 7 dividendam, ut in Exemplo 43.

*Exempl. 43.*

$$\begin{array}{ccc} B & A & C \\ 7 (80507) & 11501, & \text{Proba } B \times C = A. \end{array}$$

Civibus urbis cuiusdam imperatum est extra ordinem tributum Florenorum 7620; sunt autem vivæ æqualiter solventes 1524: quæritur quantum unusquisque civis solvere debeat. Illico adparet totam tributi summam in partes seu in capita 1524 esse partiedam, seu per 1524 esse dividendam, ut in Exemplo 44.

*Exempl. 44.*

$$\begin{array}{ccc} B & A & C \\ 1524 (7620) & 5. & \text{Proba. } B \times C = A. \end{array}$$

Societas quædam pro arenda annua certorum bonorum solvit 67704 Florenos: quantum solutionis venit pro uno mense? Cum unus mensis sit pars anni 12ma, patet totam summam solvendam partiendam esse in partes 12, seu esse per 12 dividendam, ut menstrua solutio obtineatur, ut in Exemplo 45.

*Ex.*

*Exempl. 45.*

$$\begin{array}{ccc} B & A & C \\ 12 & (67704) & 5642. \end{array} \quad \text{Proba. } B \times C = A:$$

Terrenum quoddam continens 682704 perticas quadratas debet ex æquo distribui inter colonos 264: quot acquiret unusquisque perticas quadratas? Manifestum est totum terrenum partiendum esse in 264 æquales partes, ut sciatur pars cuivis colono obveniens, ac proinde terrenum propositum esse per 264 dividendum, ut in Exemplo 46.

*Exempl. 46.*

$$\begin{array}{ccc} B & A & C \\ 264 & 682704 & 2586. \end{array} \quad \text{Proba. } B \times C = A.$$

Exemplis similibus tamdiu exercebit Magister discipulos, dum facultatem seu promptitudinem acquirant casus ad Divisionem pertinentes dignoscendi, & resolvendi.

## CAPUT QUARTUM DE OPERATIONIBUS IN NUMERIS INTEGRIS CONCRETIS.

### §. I.

*De Nutura, & variis Transformationibus Numerorum integrorum concretorum*

*De quibus Numeris concretis est hic sermo?*

¶. Si Numeri concreti res ejusdem speciei Arithmetice. E dico-

denotant, tractandi erunt prorsus ut abstracti, nec quidquam habent peculiare. Quare hic sermo erit de iis concretis, qui quidem res diversæ speciei denotant, sed tamen ad communem aliquam speciem reduci possunt, uti sunt Aurei, Floreni, Mariani &c, qui licet sint heterogenei, possunt tamen omnes reduci ad crucigeros.

*Scholion.* Initio calculo nunquam solemus numerum rerum exprimere per minimam specimen, si in eo numero species major aliquoties contineatur. Sic vitiose scriberentur in fine calculi 364 crucigeri, cum in hac summa lateant 6 Floreni & 4 crucigeri. Quare necesse erit hoc loco docere tirones modum, quo minor species ad majorem, & major ad minorem reducenda sit.

### *Quomodo reducitur minor species ad majorem?*

*Ex. Divisione.* Nimicum numerus datam minorem speciem exprimens debet dividi per numerum, qui indicat, quoties minor species in majore contineatur. E. g. si crucigeri 3463 reducendi essent ad Marianos, cum unus Marianus contineat 17 crucigeros, evidens est in data crucigerorum summa tot contineri Marianos, quoties in ea 17 continetur: quare per 17 dividiri debet, ut in Exemplo 47. Residuum e Divisione denotat crucigeros.

*Exempl. 47.*

B      A      C

17 (3463) 203, 12 cruc.

*Proba.* B × C + 12 = A.

*Quomodo*

*Quomodo reducitur major species ad minorem?*

R. *Multiplicatione.* Nimis numerus datam majorem speciem exprimens multiplicari debet per numerum, qui indicat, quoties minor species in majore contineatur. E. g. si 1236 septenarii reducendi essent ad crucigeros, cum in uno septenario 7 crucigeri contineantur, evidens est in data septenariorum summa septies plures esse crucigeros quam septenarios, adeoque numerum datum per 7 esse multiplicandum, ut in Exemplo 48.

*Exempl. 48.*

$$\begin{array}{r} \text{B} \quad \text{C} \quad \text{A}. \\ 1236 \times 7 = 8652. \\ \text{Proba. A : B} = \text{C}. \end{array}$$

*Scholion.* Ut reductiones hujusmodi in usu vitæ quotidianæ toties occurrentes fieri a tironibus possint, sciri necessario debet, quisnam speciei inferioris numerus faciat unitatem in specie superiori, seu e quotuam speciei inferioris unitatibus coalescat unitas speciei superioris. Quem in finem hic subjicimus valores monetarum vulgarium, item mensurarum liquidorum, temporis, ponderum, linearum &c, quæ res potissimum his numeris solent designari.

## Monetæ in Hungaria usitatæ.

			Crucig	Denar.
I Aureus Kremn.	=	fl. 4 cr. 18	258	430
I Aureus Cæsar.	=	4 16	256	426 $\frac{2}{3}$
I Aureus Holland.	=	4 14	254	423 $\frac{1}{3}$
I Sou- vrain d'or	=	12 40	760	1266 $\frac{2}{3}$
$\frac{1}{2}$ Sou- vrain d'or	=	6 20	380	633 $\frac{1}{3}$
Imperialis	=	1 30	90	150
I Floren. Rhen.	=	—	60	100
I Floren. Ungar.	=	—	51	85
I Viceſi- marius	=	—	20	33 $\frac{1}{3}$
I Maria- nus	=	—	17	28 $\frac{1}{3}$
I Septe- narius	=	—	7	11 $\frac{2}{3}$
I grossus	=	—	3	5

Men-

*Mensuræ Vini**Mensuræ Ponder.**Vulgar.*

1 Urna	=	32 Pintis
1 Pinta	=	2 Me- diis
1 Media	=	2 Qua- drant.

1 Cente-	=	100 Li-
nar.		bris
1 Libra	=	16 Un-
		ciis
1 Uncia	=	2 Se-
		miunc.
1 Semi-	=	4 Dra-
uncia		chmis.

*Mensuræ Ponder.*  
*Apoth.**Mens. Arcuum  
circuli.*

1 Libra	=	12 Un-
		ciis
1 Uncia	=	8 Dra-
		chmis
1 Dra-	=	3 Scru-
chma		pulis
1 Scru-	=	20 Gra-
pulus		nis

1 Peri-	=	360 Gra-
Pheria		dibus
1 Gra-	=	60 Minu-
		tis
1 Minu-	=	60 Se-
		cundis
1 Secun-	=	60 Ter-
dum		tiis

*Men-*

*Mens. Longit.**Mens. Geograph.*

1 Per-	=	6 Pedi-
tica		bus
1 Pes	=	12 Digit.
1 Digi-	=	12 Lineis
tus		
1 Linea	=	12 Pun-
		ctis

1 Milliare	=	4000 Pas-
Germ.		sibus
1 Passus	=	5 Pedib.
1 Pes	=	12 Digitis
1 Digi-	=	4 gran.
tus		hordei in
		latum.

*Mens. Geometrarum.**Mensura Temporis.*

1 Pertica	=	10 Pedib.
1 Pes	=	10 Digit.
1 Digi-	=	10 Lineis
tus		
1 Linea	=	10 Pun-
		ctis.

1 Secu-	=	100 an-
lum		nis
1 Annus	=	365 $\frac{1}{4}$ die-
vulg.		bus
1 Dies	=	24 Horis
1 Hora	=	60 Minut.
1 Minn-	=	60 Secun-
tum		dis

## *De Additione Numeror. concret. Integr. Reducibilium.*

*Quæ sunt Regulæ addendi hujusmodi Numeros?*

*¶. Sequentes.*

1) Scribantur partes addendæ infra se invicem hac lege, ut res ejusdem speciei seu ejusdem nominis in eadem columnæ infra se veniant, e.g.. Denarii infra Denarios, Crucigeri infra Crucigeros, Floreni infra Florenos.

2) Fiat additio more consueto inchoando a dextris seu a minima specie, cujus summa si ita excreceret, ut sequens major species in eadem semel aut saepius contineretur, iumma talis juxta superius dicta reducatur ad proximam maiorem speciem, quæ columnæ sequenti reservetur, & siquid e minima specie remansit, id solum scribatur infra columnam dextimam. E.g. Si summa Denariorum excreceret ad 12, cum in ea contineantur 2 grossi seu 6 crucigeri, & insuper 2 numi, scribantur infra columnam Denariorum 2 Denarii, & 6 crucigeri addantur ad sequentem crucigerorum columnam.

2) Similiter si summa columnæ secundæ contineret semel aut saepius speciem superiorem, reducatur eodem, ac species superior relevetur columnæ sequenti, & sic porro. E.g. Si summa crucigerorum esset 85, cum in ea contineatur 1 Florenus, & insuper crucigeri 25, addantur

tur ad columnam sequentem i Florenus, & 25  
scribatur infra columnam crucigerorum, ut in  
Exemplo 49:

	fl.	cruc.	den.
Exempl. 49.	235	50	4
	30	20	4
	80	9	4
	346	25	2

*Scholion.* Si partes addendæ nimis multæ fa-  
rent ita ut singulæ species ad majorem summam  
assurgerent, quam ut illico sciri possit, quoties  
in eadem contineantur species proxime major,  
præstaret summas singularum specierum infra li-  
neam sic adscribere, sicut ex additione resulta-  
runt, ac deinde successive reducere ad maiores  
species, ut in Exemplo 50, ubi 57 unciae con-  
tinent 9 uncias & 3 libras, quas addendo ad  
336 libras erunt 39 libræ & 3 centenarii, quos  
addendo ad 70 prodibunt 73 centenarii.

	Cent.	Libr.	Unc.
Exempl. 50.	24	85	15
	36	79	14
	8	97	13
	2	75	15
	70	336	57
	73	39	9

*Quomodo exploratur bonitas hujusmodi  
Additionis?*

¶. 1) Si partes addendæ sint duntaxat duæ, optime probatur Additio per Subtractionem, tollendo nimirum a toto unam partem, & observando an remaneat altera, quemadmodum superiorius diximus. 2) Si autem, ut in Exemplis superioribus, plures sint partes addendæ, fiat de novo Additio in partem contrariam, nempe ab imo sursum, si prius a summo deorsum facta est, vel contra: & siquidem utraque Additio eandem dederit summam, secufus esse potest criterio de bonitate sive Additionis.

§. 3.

*De Subtractione Numerorum Concret. Integ. Reducibilium.*

*Quæ sunt Regulae subtrahendi hujusmodi Numeros?*

¶. Sequentes.

1) Pars subtrahenda scribatur infra totum eadem lege, quam supra in Additione præcripsimus; ubi notandum, maximam speciem in toto semper debere majorem esse, quam in parte subtrahenda, licet reliquæ minores species possint in parte maiores esse, quam in toto, ut infra videbimus.

2) Si membra partis subtrahendæ minora vel æqualia sint membris correspondentibus, toti-

us, fiat Subtractio more consueto a minima specie incipiendo ut in Exemplo 51.

*Exempl. 51.*

	<i>Dies.</i>	<i>Hora.</i>	<i>Min.</i>	
A	35	14	52	
B	22	14	8	<i>Proba B+C=A</i>
C	13	--	44	

3) Si membrum aliquod partis subtrahendæ majus foret membro correspondente totius, debet istud augeri mutuando unitatem e specie majore proxime præcedente. Sic in Exemplo 52 cum 3 Denarii non possint auferri ab 1, debent ex 2 crucigeris fieri Denarii  $3\frac{1}{3}$ , ut sint in toto  $4\frac{1}{3}$  Denarii, unde auferendo 3 manet  $1\frac{2}{3}$ . Similiter cum e crucigeris 11 nequeant auferri 32, debent ex 1 Floreno fieri 60 crucigeri, ut sint in toto crucigeri 71, unde auferendo 32 manent 39. Demum e Florenis 137 tollendo 86 manent 41.

*Exempl. 52.*

	<i>Flor.</i>	<i>Cruc.</i>	<i>Den.</i>	
A	128	13	1	
B	86	32	3	<i>Proba B+C=A.</i>
C	41	39	$1\frac{1}{3}$	

*Scholion.* In hujusmodi casibus, ubi species inferiores omnes majores sunt in parte subtrahenda, quam in toto, consultius aget tiro, si ante inchoatam Subtractionem e specie maxima totius transferat unitatem ad speciem sequentem, & inde iterum unitatem ad sequentem, ut scilicet omnes species majores evadant in toto, quam in parte subtraheada. Sic in Exemplo 53 e diebus 234 unum ad horas transferendo manebunt dies 233, & horæ erunt 34, e viibus unam ad minuta transferendo manebunt horæ 33, & minuta erunt 81: adeoque loco totius dati scribendi erunt dies 233, horæ 33, minuta 81, & sic demum facienda Subtractio.

*Exempl. 53.*

<i>Dies</i>	<i>Hor.</i>	<i>Min.</i>	
234	10	21	{ seu
46	22	54	
A	233	33	81
B	46	22	54
C	187	11	27

*Proba B+C=A*

4) Si in toto pauciores compareant species, quam in parte subtrahenda, mutuanda erit unitas a proxime majore specie, & per loca vacua distribuenda, Sic in Exemplo 54 si e gradibus 180 tolli debeant 25 gradus, 12 minuta prima, & 36 secunda, ex uno gradu fiant minuta 60, & ex uno minuto primo fiant 60 secunda: adeoque in toto pro 180 gradibus scribantur 179 gra-

gradus, 59 minuta prima, 60 secunda, & postea, fiat Subtractio,

*Exempl. 54.*

	<i>Grad.</i>	<i>Min.</i>	<i>Sec.</i>	
	180	0	0	}
	25	12	36	
A	179	59	60	<i>Proba B+C=A:</i>
B	25	12	36	
C	154	47	24	

*Scholion.* Subtractionis hujus bonitas more consueto exploratur Additione partium subtrahendarum & residuarum. Addemus hie nonnulla binarum harum operationum paradigmata: plura congerent ipsi Magistri, inque iis tirones exercebunt.

Fossores in effodiendo quodam canali per hebdomadem laborantes die Lunæ effoderunt 8 perticas, 2 pedes, 5 digitos: die Martis 7 perticas, 5 pedes, 9 digitos: die Mercurii 12 perticas & 6 digitos &c ut in Exemplo 55: quantum ergo tota hebdomade effoderunt? Nullo negotio advertet tiro dari hic laboris hebdomadarii partes, & queri totius hebdomadis laborem: unde concludet utendum esse Additionem Bonitatem hujus Additionis explorabit repetita in partem contrariam operatione, sicut supra diximus fieri debere in his casibus.

## Exempl. 55.

Pert.	Ped.	Dig.
8	2	5
7	5	9
12	0	6
6	10	0
10	11	8
9	9	3
<hr/> 52	37	31
58	3	7

}      } seu

Natus est quispiam currente Anno Christi 1756 die 30 Octobris, hora 8 matutina: quot ergo annorum, dierum, & horarum est anno 1777 die 1 Septembris hora 12 diei? Statim hic advertet tiro non esse locum additioni, cum non dentur partes in unum totum colligendæ. Si autem perpendat dari hic tempus a Christo usque ad anni 1777 diem 1 Septembris, & horam meridianam 12; dari item partem hujus temporis, quæ a Christo fluxit usque ad anni 1756 diem 30 Octobris, & horam 8 matutinam, quæri vero alteram partem, nempe quæ fluxit ab illa parte usque ad anni 1777 diem 1 Sept. & horam 12: concludet utendum esse Subtractione. Nimirum cum annus praesens nondum sit completus, pro toto scribendi erunt anni completi 1776, & ex currente anno usque ad 1 Sept. exclusive dies 243, ac ex die 1 Septembris horæ 12. Similiter in parte subtrahenda scribi debent anni completi

pletei 1755, ac ex anno 1756 usque ad 30 Octobris exclusive dies 303 dando Februario dies 29, cum annus 1756 possit dividi per 4, seu bissextilis sit; ac demum ex die 30 Octobris scribendæ horæ 8 ut in Exemplo 56.

*Exempl. 56.*

	<i>Anni</i>	<i>Dies</i>	<i>Horæ</i>	
A	1776	243	12	<i>Proba B+C=A.</i>
B	1755	303	8	
C	20	$305\frac{1}{4}$	4	seu
	20	305	10	

Duo Geometræ mensi sunt distantiam quam-  
piam, unus procedendo a lœva versus dexteram,  
alter a dextera sinistram versus: convenerunt  
die laboris quinta, & unus quidem mensus est 8  
milliaria, 568 passus, 4 pedes, & 2 digitos;  
alter 10 milliaria, 3800 passus, 3 pedes, & 11  
digitos: quanta fuit ea distantia? Facile quis-  
que videt dari hic duas ejusdem distantiae partes  
a duobus mensoribus definitas, & quæri totam  
distantiam. Quare evidens est adhibendam esse  
harum partium Additionem, ut in Exemplo 57.

*Exempl. 57.*

	<i>Mill.</i>	<i>Pass.</i>	<i>Ped.</i>	<i>Dig.</i>	
B	8	568	4	2	<i>Proba A-B=C vel</i>
C	10	3800	3	11	<i>A-C=B</i>
A	19	369	3	1	

*Quidam*

Quidam secum ad nundinas attulit Florenos 3864: emit pannum Florenis 162, grossis 15, & 1 crucigero; telam Flor. 230, grossis 8, & 2 crucigeris: quæritur quantum illi superfuerit. Patet hic ope Additionis inveniendam esse expensarum summam, ut in Exemplo 58, & hanc ab allata pecunia auferri debere, ut in Exemplo 59.

*Exempl. 58.*

B	162	15	1	<i>Proba</i> A-B=C vel
C	230	8	2	A-C=B
<b>A</b>	<b>393</b>	<b>4</b>	<b>0</b>	

*Exempl. 59.*

3864	0	0	vel	
3863	20	0		
B	393	4	0	<i>Proba.</i> B+C=A.
C	3460	16	0	

§. 4.

*De Multiplicatione Numeror. Concret.  
Integr. Reducibilium.*

Quæ sunt bujus *Multiplicationis Regulæ?*

*R.* Sequentes.

- 1) Si unus factorum sit numerus concretus, alter abstractus, duplixi modo potest peragi operatio.
  - a) Subscribatur factor abstractus concreto, ac per eum omnia factoris concreti membra mo-

re solito multiplicentur, inchoando a minima specie. Quodsi productum alicujus speciei semel aut saepius contineret speciem superiorem, reducatur ope Divisionis, ut supra docuimus, ad proxime majorem speciem, addendo quotum producto speciei majoris, & residuum, siquod est, scribendo pro speciei minoris producto, ut in Exemplo 60.

*Exempl. 60.*

<i>Dies.</i>	<i>Horæ.</i>	<i>Min.</i>	
B 32	15	46	
	C 34		
128	60	184	
96	45	138	
1088	510	1564	seu <i>Proba A:B=C vel</i>
A 1110	8	4	<i>A:C=B:</i>

b) Vel reducantur omnia membra factoris concreti ad minimam speciem, & more consue-  
to fiat Multiplicatio: obtinebitur productum in  
minima specie, quod ope Divisionis successive  
reducatur ad maiores species. Sic in Exemplo  
superiore reducendo dies & horas ad minuta pri-  
ma, factor concretus continebit minuta 47026,  
quæ multiplicata per 34 dabunt factum 1598884,  
quod divisum per 60 relinquet minuta 4, & da-  
bit horas 26648, quæ divisæ per 24 relinquunt  
horas 8, & dabunt dies 1110 prorsus ut supra.  
Vide Exemplum 61.

*Exempl. 61.*

47026	Min.	Dies.	Hor.	Min.
34				
1598884	Min. = 1110	8	4	

2) Si ambo factores sunt numeri concreti constantes diversis speciebus, factum reperietur ope proportionis, quemadmodum suo loco docemus.

*Scholion.* Sedulo hic in animum revocandum est, quod de numerorum abstractorum Multiplicatione diximus, nempe multiplicatorem semper spectari ut numerum abstractum unitatibus suis praeceps indicantem, quoties possit debeat multiplicandus; neque enim unquam multiplicatur 3 Floreni per 2 Flor. sed 3 Floreni solum ponuntur 2 vicibus. Hinc qui 3 Florenos multiplicare volens per 2 Florenos pro 2 Florenis poneret 40 grossos, ille 3 Florenos non bis, ut oportebat, sed 40 vicibus poneret.

§. 5.

*De Divisione Numeror. Integr. Concret. Reducibilium.*

*Quæ sunt hujus Divisionis Regulae?*

*N.* *Sequentes.*

1) Si dividendus sit numerus concretus diversas in se continens species, divisor autem sit abstractus, dupli modo potest peragi operatio.

*Arithmetica.*

F

a)

a) Scribatur divisor & dividendus more consueto, deinde inchoetur operatio a maxima specie, qua divisa siquid remanet redditetur ad minorem sequentem speciem, eique addatur, & species sequens dividatur: ex qua siquid remanet reducatur ad sequentem speciem, & sic porro eadem continuetur operatio. Sic in Exemplo 62 si dies 328 dividantur per 26, quotus erit 12 & remanebunt dies 16, qui per 24 multiplicati, & ad horas 16 additi efficient horas 400, quæ divisæ per 26 dabunt pro quoto 15, & remanebunt horæ 10, quæ per 60 multiplicatæ & ad 50 minuta additæ efficient 650 minuta, quibus per 26 divisis quotus erit 25 & nihil remanebit.

*Exempl. 62.*

B	A	C
Dies.	Hor.	Min.
26 (328	16	50)
		12, 15, 25

*Proba BXC=A:*

*Scholion.* Quod si notæ speciei maximæ in dividendo minores essent notis divisoris, ante inchoatam Divisionem deberet maxima species ad minorem sequentem reduci. Sic in Exemplo 63 cum 12 Floreni nequeant dividi per 32, ex Florenis 12 fiant grossi 240, qui additi ad 15 efficient grossos 255, quibus per 32 divisis quotus erit 7, & remanebunt grossi 31, qui redacti ad crucigeros 93, & additi ad 2, facient crucigeros 95, quibus per 32 divisis quotus erit 2, & remanebit 31. Similiter si finita Divisione aliiquid

quid remaneat, quod ad minorem speciem reduci possit, debet reduci, & porro dividi. Sic si in Exemplo superiore residuum 31 designasset Minuta prima, debuisset multiplicando per 60 reduci ad secunda, ac ulterius dividi.

*Exempl. 63.*

<b>B</b>	<b>A</b>	<b>C</b>
<i>Flor.</i>	<i>Gr.</i>	<i>Cruc.</i>
32 (12	15	2) 7, $\frac{2\frac{1}{4}}{3\frac{2}{3}}$
		<i>Proba B×C+31=A.</i>

b) Vel reducatur Dividendus prius ad minimam speciem, & postea dividatur, quotusque inventus iterum reducatur ad easdem species, quæ erant in dividendo, ut in Exemplo 64, ubi eadem suscipitur Divisio, quæ facta fuit in Exemplo 62.

*Exempl. 64.*

<i>Dies</i>	<i>Horæ</i>	<i>Min.</i>	<i>Min.</i>
26 (328	16	50) seu 26 (473330)	Dies Hor. Min.
			=18205 Min.=12 15 25

2) Si divisor, vel tam divisor quam dividendus sint numeri concreti species diversas continentes, quotus reperietur ope proportionis, quemadmodum suo loco docēbimus.

*Scholion.* Diligenter exerceat Magister discipulos in binis his operandi generibus, in cuius rei gratiam paucula subjicimus Paradigmata.

Quidam canalem certæ latitudinis ac profunditatis perduxit ad 48 orgias, 10 pedes, & 8 digitos, ac pro una orgia convenit in 13 Florenis: quantum accipiet pro toto canali? Facile perspiciet tiro toties 13 Florenos competere operario, quot orgiae sunt in toto canali, adeoque numerum 13 per numerum orgiarum debere multiplicari. Quia vero præter orgias adsunt etiam pedes ac digitii, reductis orgiis ac pedibus ad digitos, erunt universim digitii 3584, quibus per 13 multiplicatis erit factum 46592, quod designaret Florenos quæsitos, si 1 digitus constaret 13 Flor. Sed quia 1 orgia seu 72 digitii constant 13 Florenis, debet hoc factum dividiri per 72, & quotus  $647\frac{8}{72}$  seu  $647\frac{1}{9}$  dabit iumentam quæsitam.

## Exempl. 65.

Org. Ped. Dig.

$$(48 \quad 10 \quad 8) \times 13 \quad \text{seu}$$

$$3584 \text{ dig.} \times 13 = 46592, \text{ hinc}$$

$$72 (46592) = 647\frac{8}{72} \text{ seu } 647\frac{1}{9} \text{ Flor.}$$

Emit quispiam urnas vini 112 Florenis 761, & 36 crucigeris: quærit, quotnam Floreni ad unam urnam veniant. Statum quæstionis sedulo expendenti statim adparet in summa allata 761 Flor. & 36 cruc. toties contineri pretium uoiius urnæ, quoties in eadem urnæ 112 continentur: quare Florenis ad crucigeros reductis debent crucigeri 45696 per 112 dividi, erit

erit quotus 408 pretium uoiiis urnæ in crucigeris, quos reducendo ad Florenos, erit idem pretium 6 Flor. 48. cruc.

*Exempl. 66.*

<i>Flor.</i>	<i>Cruc.</i>
112 (761 36)	seu
112 (45696) = 408 =	6 Flor. 48 cr.

Quidam famulo suo pactus est annum stipendium Florenos 150; dimisit vero illum post dies 284 & post horas 10: queritur stipendium huic temporis debitum. Cum diebus adnexæ sint horæ, patet dies ad horas reduci oportere, ut sint universem horæ 6816. Si jam pro quavis hora pacti fuissent 150 Floreni, patet has horas debere multiplicari per 150, & factum 1022400 indicaret Florenos quæsitos: sed quia Floreni 150 non pro quavis hora, sed pro toto anno, seu pro horis 8760 sunt pacti, debet factum illud dividi per 8760, & quotus  $116\frac{624}{876}$  dabit Florenos quæsitos.

*Exempl. 67.*

<i>Dies</i>	<i>Hor.</i>
(284 10) × 150	seu
	<i>Hor.</i>
6816 × 150 = 1022400,	hinc
876 (102240) = 116 $\frac{624}{876}$	Flor.

# CAPUT QUINTUM

## DE OPERATIONIBUS IN NUMERIS FRACTIS VULGARIBUS.

§. I.

*De Natura. & proprietatibus Fractionum vulgarium.*

*Quid est Fractio?*

**v.** *Fractio* est numerus, qui ex aliquo integro unam vel plures partes designat. E. g. Cruciger est *Fractio* respectu integri grossi, quia ex integro grosso designat unam partem tertiam. Similiter grossus respectu Floreni, hora respectu diei, pes respectu perticæ &c *Fractiones* sunt.

*Scholion.* Nimis unitas potest spectari tanquam totum aliquod pluribus constans partibus: quare partes ejusmodi respectu totius *Fractiones* adpellantur.

*Quid est Fractio Fractionis, seu Fractio composita?*

**v.** Cum *Fractio* quævis comparata ad suas partes instar totius spectari possit, potest & ipsa suam habere *Fractionem*, quæ proinde erit *Fractio Fractionis*, seu *Fractio composita*. E. g. Grossus comparete ad Florenum est *Fractio*;

com-

comparate autem ad crucigerum est totum: hinc cruciger est grossi, seu Fractionis Fractio, indicans partis vicesimæ unius Floreni partem tertiam.

*Quot ergo res debet scire, qui valorem cujusdam Fractionis clare pervidere cupit?*

R. Duas res. 1) Debet scire, quotnam partes Fractio denotet ex integro. 2) Qualesnam sint illæ partes, seu in quo parts totum sit dividuum. E. g. si tantum scias me habere duas Floreni partes, ignoras quantum habeam, quia nimirum necis, qualesnam sint duæ illæ partes, quas habeo; similiter si tantum scias me habere tertias Floreni partes, rursus nescis quantum habeam, cum ignores quotnam tales tertias partes habeam. Debes ergo scire & quot & quales Floreni partes habeam.

*Quot igitur exprimitur numeris quævis Fractio?*

R. Duobus: nimirum Numeratore, qui scribitur superius; & Denominatore, qui interjecta lineola scribitur inferius. E. g.  $\frac{2}{3}$ , ubi 2 est Numerator, 3 Denominator.

*Quid indicat Fractionis Numerator?*

R. Numerator indicat, quotnam partes Fractio denotet ex integro, seu designat numerum

rum partium, quas Fractio ex integro in se con-  
tinet; unde & Numerator vocatur.

### *Quid indicat Fractionis Denominator?*

¶. Denominator indicat, in quotnam par-  
tes integrum sit divisum, seu denominat qualita-  
tem aut speciem partium, in quas integrum est  
divisum; unde & Denominator appellatur. Sic  
in exemplo superiore  $\frac{2}{3}$  Numerator 2 indicat,  
quod Fractio ex integro denotet duas partes.  
Denominator autem 3 indicat, quod partes illæ  
sint partes tertiaræ, seu quod integrum sit divisum  
in tres partes.

### *Quænam ergo Fractiones sunt homogeneæ, quænam heterogeneæ?*

¶. Fractiones dicuntur homogeneæ si eundem;  
heterogeneæ si diversos habent Denomina-  
tores; cum enim Denominator indicet speciem  
earum partium, quas Fractio ex integro deno-  
tat, evidens est eas Fractiones denotare partes  
eiusdem speciei, ac proinde esse homogeneas,  
quæ eundem habent Denominatorem: eas con-  
tra, quæ diversis gaudent Denominatoribus,  
indicare partes diversæ speciei, adeoque esse he-  
terogeneas.

### *Quomodo enunciatur quævis Fractio?*

¶. Numerator semper enunciatur numerali-  
ter unus, quo, tria &c: Denominator ordina-  
liter

liter secundus, tertius, quartus &c, interque autem genere fæminino, cum subintelligatur substantivum *partes*. E. g. Fractio  $\frac{2}{3}$  significat duas tertias, nimirum integri cuiusdam partes.

*Quantum valet Fractio, si Numerator Denominatori sit æqualis, vel eodem major, vel minor?*

¶. Cum Denominator nihil aliud indicet, quam integrum in suas partes divisum, facile adparet Fractionem valere omnes integri partes, seu unum integrum, si Numerator æqualis sit denominatori; e. g.  $\frac{3}{3}$  unius Floreni valent integrum Florenum. Quodsi Numerator major sit Denominatore, Fractio denotat plus quam omnes; si minor sit, minus quam omnes integri partes: ac proinde in casu primo valet plus, in secundo minus quam unum integrum. E. g.  $\frac{4}{3}$  unius Floreni denotant plus,  $\frac{1}{3}$  minus quam unum integrum Florenum.

*Quænam ergo sunt Fractiones genuinæ, quænam impropriæ?*

¶. Fractio genuina seu propria est, cujus Numerator minor est Denominatore, seu quæ valet minus quam unum integrum, uti est  $\frac{2}{3}$ . Fractio improoria est, cujus Numerator vel æqua-

lis, vel major est Denominatore, seu quæ valet vel unum integrum, vel plus quam integrum: quales sunt  $\frac{3}{2}$  &  $\frac{4}{3}$ .

*Undenam agnoscitur, quot integra Fractio impropria valeat?*

R. Si inquiratur, quoties Denominator in Numeratore contineatur, seu si Numerator per Denominatorem dividatur. Quemadmodum enim Fractio valet unum integrum, si Numerator æqualis sit Denominatori; ita valet duo, tria, quatuor &c integræ, si Numerator Denominatori sit bis, ter, quater &c æqualis, seu sit duplus, triplus, quadruplus &c. Atqui an Numerator sit Denominatori æqualis, an sit ejusdem duplus, triplus, quadruplus &c deprehendit inquirendo, quoties Denominator contineatur in Numeratore, ac proinde innoteſcit quotiam integræ Fractio valeat. E. g.  $\frac{6}{3}$  nnius Floreni valent 2 Florenos, cum 3 in 6 bis contineatur.

*Scholion.* Similiter patet Fractionem valere dimidium integri, si Denominator sit Numeratoris duplus, tertiam partem si triplus, quartam si quadruplus &c. E. g. Fractio  $\frac{3}{6}$  ex integro in 6 partes diviso tres partes, seu integri dimidium continet. Unde generatim valor Fractionis innoteſcit ex illo respectu, quem Numerator habet ad Denominatorem, qui Divisione Numeratoris per Denominatorem eruitur. Ex quo

quo ipso adparet residua Divisionum, quæ supra instar Fractionum scribi jussimus, re ipsa Fractiones esse. Sanc sive dicas: 2 Floreni di-  
visi per 3, sive  $\frac{2}{3}$  unius Floreni, idem dicis:  
nam utraque expressio significat 40 crucigeros.

*Vnde agnoscitur, an duæ Fractiones sint  
inter se æquales?*

R. Tunc duæ Fractiones sunt inter se æqua-  
les, si Denominatores eundem habeant respe-  
ctum ad suos Numeratores. E. g. Fractiones  
 $\frac{1}{2}$  &  $\frac{4}{8}$  æquales sunt; nam sicut Denominator  
2 est duplus sui Numeratoris 1, ita 8 est du-  
plus numeri 4.

*Quid est Fractio pura, quid impura?*

R. Fractio dicitur pura, quæ non habet sibi  
adjunctum numerum integrum; quæ autem integ-  
rum numerum adjectum habet, impura dicitur.

E. g. Fractio  $\frac{2}{3}$  est pura: at  $5\frac{2}{3}$  impura.

*Scholion.* Caveant tirones, ne Fractiones  
proprias cum puris, impropias cum impuris  
confundant, quarum discrimen e datis definitio-  
nibus satis elucet.

*Quid sit Fractioni, si manente eodem De-  
nominatore crescat ejusdem Numerator?*

R. Valor Fractionis augetur. Si enim ma-  
net

net idem Denominator, manent ejusdem speciei partes; si crescit Numerator, Fractio plures ac plures ejusdem speciei partes denotat ex eodem integro, e. g. plures ac plures crucigeros ex eodem Floreno, adeoque plus & plus valet. Sic Fractionum  $\frac{2}{5}, \frac{3}{5}, \frac{4}{5}$  &c valor continentur augetur.

*Quid fit Fractioni, si manente eodem Denominatore decrescat ejusdem Numerator?*

R. Valor Fractionis minuitur. Si enim manet idem Denominator, manent ejusdem speciei partes: si decrescit Numerator, Fractio pauciores ac pauciores ejusdem speciei partes denotat ex eodem integro, e. g. pauciores ac pauciores crucigeros ex eodem Floreno, adeoque minus & minus valet. Sic Fractionum  $\frac{4}{6}, \frac{3}{6}, \frac{2}{6}$  &c, valor continentur decrescit.

*Scholion.* Si ergo valor cuiusdam Fractionis aliquot vicibus augendus vel minuendus sit, debet Numerator ejusdem per numerum vicium in casu primo multiplicari, in casu secundo dividere. E. g. Siquis valorein Fractionis  $\frac{8}{2}$  velit in quadruplum augere vel minuere, debet 8 per 4 in casu primo multiplicare in casu secundo dividere.

*Quid fit Fractioni, si manente eodem Numeratore crescat ejusdem Denominator?*

R. Valor Fractionis minuitur. Quamdiu enim idem Numerator manet, tamdiu Fractio

ex eodem integro semper denotat totidem partes: si crescit Denominator, integrum in plures & hoc ipso in minores partes dividitur; adeoque Fractio totidem quidem, sed minores ac minores ejusdem integri partes denotat, & hinc minus ac minus valet. Sic Fractionum  $\frac{2}{3}, \frac{2}{4}, \frac{2}{5}$  &c valor continenter decrescit.

*Quid fit Fractioni, si manente eodem Numeratore decrescat ejusdem Denominator?*

IV. Valor Fractionis augetur. Quamdiu enim idem Numerator manet, tamdiu Fractio ex eodem integro semper denotat totidem partes: si decrescit Denominator, integrum in pauiores & hoc ipso in maiores partes dividitur; adeoque Fractio totidem quidem, sed maiores ac maiores ejusdem integri partes denotat, & hinc plus ac plus valet. Sic Fractionum  $\frac{3}{7}, \frac{3}{6}, \frac{3}{5}$  &c valor continenter crescit.

*Scholion.* Potest ergo valor Fractionis cùjuspiam aliquot vicibus etiam sic augeri vel minui, si Denominator ejusdem per numerum vicium in casu primo dividatur, in casu secundo multiplicetur. E. g. Siquis valorem Fractionis  $\frac{5}{8}$  velit in duplum augere vel minuere, potest  $\frac{5}{8}$  per 2 in casu primo dividere, in casu secundo multiplicare.

*Quid*

*Quid fit Fractioni, si tam Numerator ejusdem, quam Denominator per idem multiplicetur?*

q. Valor Fractionis non mutatur. Nam crescente Numeratore valor Fractionis crescit, crescente Denominatore decrescit: ergo utroque crescente valor Fractionis simul crescit & decrescit: ergo utroque æqualiter crescente valor Fractionis æqualiter crescit & decrescit, hoc est, non mutatur; sed si tam Numerator quam Denominator per idem multiplicetur, ambo æqualiter crescunt, adeoque Fractionis valor non mutatur. Sic  $\frac{1}{2}$  pars Floreni idem valet ac  $\frac{2}{4}, \frac{3}{6}, \frac{4}{8}$

*Quid fit Fractioni, si tam Numerator ejusdem, quam Denominator per idem dividatur?*

q. Valør Fractionis rursus non mutatur. Nam decrescente Numeratore valor Fractionis decrescit, decrescente Denominatore crescit; ergo utroque decrescente valor Fractionis decrescit simul & crescit: ergo utroque æqualiter decrescente valor Fractionis æqualiter decrescit & crescit, hoc est, non mutatur; sed si tam Numerator quam Denominator per idem dividatur, ambo æqualiter decrescent, adeoque Fractionis valor non mutatur. Sic  $\frac{6}{8}$  partes Floreni idem valent ac  $\frac{3}{4}$ .

*Scholion.* Duæ postremæ varitates etiam hoc pacto possunt demonstrari: Si Fractionis cuiuspiam tam Numerator, quam Denominator per idem multiplicetur, quanto plures, simul etiam tanto minores partes denotat Fractio ex eodem integro. Item si tam Numerator, quam Denominator per idem dividatur, quanto pauciores, simul etiam tanto maiores partes denotat Fractio ex eodem integro. Patet ergo in casu utique valorem Fractionis non mutari.

### §. 2.

## *De variis transformationibus Fractionum vulgarium.*

*Quomodo transformatur numerus integer manente valore in Fractionem, cuius Denominator non assignatur?*

*R.* Hoc obtainetur, si numero integro pro Denominatore subscribatur unitas: cum enim unitas nihil dividat, valor numeri integri manet, etiamsi per 1 dividatur, seu pro Denominatore acquirat 1. E. g.  $\frac{3}{1}$  idem valet ac 3.

*Quomodo transformatur numerus integer manente valore in Fractionem, cuius Denominator assignatur?*

*R.* Numero integro primum pro Denominatore subscribatur 1: deinde per assignatum illum

Ium Denominatorem tam Numerator, quam Denominator seu i multiplicetur. E. g. Si ex numero integro 3 debeat fieri Fractio, cujus Denominator sit 5; loco 3 scribatur  $\frac{3}{1}$ , postea per 5 tam 3, quam i multiplicetur, obtinebitur  $\frac{15}{5} = 3$ . Eodem res redit, si numerus integer multiplicetur per Denominatorem assignatum, & facto subscribatur idem ille assignatus Denominator. Sic in allato Exemplo multiplicando 3 per 5 habebitur 15, cui subscribendo 5 obtinebitur ut supra  $\frac{15}{5}$ .

*Quomodo transformatur Fractio impropria manente valore in numerum integrum?*

¶. Si Numerator per Denominatorem dividatur: & siquidem accurate dividi possit, Fractio transformatur in numerum integrum purum; e. g.  $\frac{27}{3} = 9$ . Sin autem exacte dividi nequeat, integro adhærebit Fractio propria: e. g.  $\frac{19}{4} = 3\frac{3}{4}$ . Ratio hujus transformationis evidens est e superioribus.

*Quomodo transformatur numerus ex integro & fracto mixtus manente valore in Fractionem puram?*

R. Numerus integer juxta paulo ante dicta transformetur in Fractionem, cujus idem sit Denominator, quem Fractio integro adhaerens habet: deinde integer jam transformatus addatur fracto adhaerenti juxta regulas Additionis, infra explicandas. Sic  $5\frac{2}{3}$  patebit esse  $= \frac{17}{3}$ .

*Scholion.* Quando occurruunt numeri concreti, expedit non raro species inferiores exprimere Fractionum instar, quod sit, si numero speciem inferiorem designanti pro Denominatore subscribatur ille numerus, qui indicat quotnam unitates speciei inferioris valeant unam unitatem speciei superioris. E. g. Si Florenis adhaereant 15 crucigeri, loco 15 crucigerorum scribi poterunt  $\frac{15}{60}$ , cum 60 crucigeri valeant unum Florenum, adeoque  $\frac{15}{60}$  partes Floreni faciant 15 cruceros. Similiter 5 dies & 7 horæ idem valent ac  $5\frac{7}{24}$  dies.

*Quid significat Fractiones heterogeneas ad eundem communem Denominatorem reducere?*

R. Significat efficere, ut manente cujusvis Fractionis pristino valore omnes acquirant eundem Arithmetice.

dem communem Denominatorem, seu reddantur homogeneæ.

*Quomodo hoc obtinetur?*

*R.* Si cujusvis Fractionis tam Numerator, quam Denominator multiplicetur per omnium reliquarum Denominatores. Sic enim 1) retinetur cujusvis Fractionis valor, cum tam Numerator, quam Denominator cujusvis per idem multiplicetur. 2) Pro omnibus obtinetur idem communis Denominator, cum Denominatores quocunque ordine inter se multiplicentur, semper generent idem factum. E. g. Fractiones

$$\frac{2}{3}, \frac{4}{5}, \frac{3}{7} \text{ idem valent ac } \frac{70}{105}, \frac{84}{105}, \frac{45}{105}.$$

105

*Scholion.* Hoc pacto innescit, utra e binis Fractionibus propositis major sit. E. g. Si quis dubitaret, utra e Fractionibus  $\frac{7}{3}$  &  $\frac{2}{3}$  major sit, facta ad eundem Denominatorem reductione abibunt eadem in  $\frac{2}{2} \frac{1}{4}$  &  $\frac{1}{2} \frac{6}{4}$ , ubi statim adparet priorem majorem esse. Sunt, qui Fractiones heterogeneas hoc pacto reducant ad eundem Denominatorem: nempe per factum ex omnibus Denominatoribus, seu per communem Denominatorem multiplicant eiusvis Fractionis Numeratorem, & factum inde proveniens dividunt per Denominatorem proprium. Methodus ista in priorem recidit, cum hic cujusvis Fractionis Numerator etiam per suum Denominatorem

tem multiplicetur quidem, ac simul per eundem dividatur. E. g. Si Fractionum superiorum Numeratores 2, 4, 3 per 105 multiplicentur, prodibunt facta 210, 420, 315, quorum primum divisum per 3, secundum per 5, tertium per 7 dabunt Numeratores 70, 84, 45 prorsus ut supra.

*Quid significat Fractionem aliquam ad minores terminos reducere?*

R. Significat efficere, ut Fractio data manente pristino valore minorem acquirat Numeratorem, & minorem Denominatorem, ut valor ejusdem tanto facilius possit cognosci.

*Quomodo hoc obtinetur?*

R. Quæri debet numerus quispiam, per quem tam Numerator, quam Denominator Fractionis exacte dividi possit: si deinde per talem numerum tam Numerator, quam Denominator dividatur, 1) minuerit tam Numerator, quam Denominator, 2) retinebitur pristinus Fractionis valor, cum tam Numerator, quam Denominator per idem sit divisi. E. g. Si Fractionis  $\frac{180}{360}$  tam Numerator, quam Denominator primum dividatur per 10, deinde per 6, ac tandem per 3, ea reducetur manente pristino valore ad

$\frac{1}{2}.$

*Quomodo invenitur maximus communis divisor Numeratoris & Denominatoris?*

q. Dividatur numerus major per minorem, ac notetur residuum. Dividatur deinde prior divisor seu numerus minor per hoc residuum, noteturque denuo residuum. Per hoc secundum residuum iterum dividatur prior divisor, & rursus notetur residuum, atque ita semper prior divisor dividatur per sequens residuum. Ille divisor, qui nullum relinquet residuum, erit Numeratoris & Denominatoris maximus communis divisor. E. g. Si in Fractione  $\frac{910}{1430}$  quæratur maximus Numeratoris & Denominatoris communis divisor, dividatur 1430 per 910, erit residuum 520. Dividatur 910 per 520, residuum erit 390. Dividatur 520 per 390, residuum erit 130. Dividatur 390 per 130, residuum erit nullum: erit adeo maximus communis divisor 130, per quem si tam Numerator, quam Denominator Fractionis  $\frac{910}{1430}$  dividatur,abit in  $\frac{7}{11}$ . Similiter Fractionis  $\frac{585}{2210}$  post quatuor divisiones invenitur maximus communis divisor 65.

Quod si factis hisce divisionibus deveniatur ad residuum, quod sit unitas, id erit indicio Fractionis datæ Numeratorem & Denominatorem nullam habere communem mensuram, seu divisorem

forem præter 1, nec posse proinde reduci ad minores terminos. Sic in Fractione  $\frac{377}{421}$  post quinque Divisiones deprehendetur nullum esse communem Numeratoris & Denominatoris divisorum præter 1, nec posse proinde reduci ad minores terminos.

*Scholion.* Ut clare pervideat tiro per ultimum ejusmodi divisorem, qui nullum relinquit residuum, exacte dividi Fractionis tam Numeratorem, quam Denominatorem, resumatur exemplum superius, ponaturque 1430=A, 910=B, 520=C, 390=D, 130=E. Cum per E exacte dividatur D, & sit C=D+E, etiam C exacte dividetur per E. Porro cum sit D+C=B, & per E exacte dividatur tam D quam C, etiam exacte dividetur B. Denique cum sit B+C=A, & tam B quam C exacte dividatur per E, etiam exacte dividetur A. Idem eodem modo ostendi potest in quibusvis aliis exemplis.

*Nulla ne sunt in praxi compendia?*

R. Sunt haud pauca, quorum præcipua  
huc redeunt:

1) Quivis numerus par, seu per 2 4,6,8,0 terminatus potest per 2 dividi, idque tamdiu, dum par esse perseverat. E. g. Fractio  $\frac{148}{324}$  facta Numeratoris ac Denominatoris per 2 Divisione abit in  $\frac{74}{62} = \frac{37}{31}$ .

2) Si tam Numerator quam Denominator in fine habuerint zeros, ambo dividendi poterunt per 10, 100, 1000 &c delecto utrobique uno, duobus, tribus &c zeris. E. g.  $\frac{140}{210} = \frac{14}{21} = \frac{2}{3}$ .

$$\text{Item } \frac{300}{5000} = \frac{3}{50}.$$

3) Si tam Numerator quam Denominator in fine habuerint numerum 5; aut alter quintum; alter autem zerum, ambo dividendi poterunt per 5, E.  $\frac{175}{225} = \frac{35}{45} = \frac{7}{9}$ . Item  $\frac{125}{350} = \frac{25}{70} = \frac{5}{14}$ .

4) Omnes numeri desinentes in 12, 16, 20, 24, 28, 32, 36, 40, 44, 48, 52, 56, 60, 64, 68, 72, 76, 80, 84, 88, 92, 96, 100, 200, 300, 1000 &c, seu breviter omnes numeri desinentes in 2 aut 6 præcedente decade impari, aut desinentes in 0, 4, aut 8 præcedente decade pari, possunt per 4 dividendi.

5) Numeri æquales 33, 55, 88 &c dividendi possunt per 11.

6) Si in numeris, qui ternis constant notis, summa extremarum notarum æquetur notæ mediæ, divisor semper esse poterit 11, & quotum semper exhibebunt extremæ notæ. E. g. 11 in 121 reperitur vicibus 11; in 484 vicibus 44, in 572 vicibus 52 &c.

*Scholion.* Atque hæ sunt maxime usitatæ Fractionum vulgarium transformationes, ceteræ commodius docebuntur in sequentibus.

## CAPUT SEXTUM

### DE QUATUOR CONSVETIS FRACTIO- NUM VULGARIUM OPERATIONIBUS.

#### §. I.

##### *De Additione Fractionum vulgarium.*

*Quid agendum, si Fractiones inter se addendæ sint?*

R. Si Fractiones non sint homogeneæ, ante omnia reducantur ad eundem Denominatorem, ut scilicet omnes significant partes ejusdem speciei: deinde more integrorum addantur soli Numeratores, ac summæ subscribatur communis Denominator. Ratio operationis est, quia cum omnes Fractiones habeant eundem Denominatorem, omnes significant eandem speciem partium, adeoque etiam in toto manet eadem species, ieu idem communis Denominator. Et alioquin evidens est  $\frac{2}{5} + \frac{1}{5} = \frac{3}{5}$ . Vide Exempl. 68.

$$\text{Exempl. 68. } \frac{2}{3} + \frac{4}{5} + \frac{8}{13} =$$

$$\underline{130} + \underline{156} + \underline{120} = \frac{406}{195}.$$

195

*Scholion.* Bonitas Additionis exploratur ope Subtractionis eadem plane methodo, quam supra in numeris integris actulimus.

*Quid si in Toto ex Additione enato Numerator major sit Denominatore?*

¶. Cum talis Fractio unum vel plura integra denotet, dividatur Numerator per Denominatorem, seu Fractio improposita iuxta superius dicta reducatur ad integra. Sic in Exemplo superiore  $\frac{406}{195}$  valet  $2\frac{16}{195}$ .

*Quid si Fractio addenda sit numero integro?*

¶. 1) Si Fractio & numerus integer ad eandem referantur unitatem, seu res ejusdem speciei denotent, adjungatur Fractio integro more Fractionis impuræ. E. g. si ad 15 Florenos addi debeant  $\frac{2}{3}$  unius Floreni, erit totum  $15\frac{2}{3}$  Flor.

2) Si vero Fractio & numerus integer ad diversas referantur unitates, seu res diversæ speciei denotent, & Additio necessario fieri debeat, vel numerus integer ad Fractionis, vel hæc ad illius speciem reducatur, ac postea Fractio integro ut ante adjungatur. E. g. Si ad 3 Florenos addi deberent  $\frac{2}{3}$  unius crucigeri, summa vel in crucigeris, vel in Florenis erit exprimenda: primum obtinebitur, si pro 3 Florenis scribantur 180 crucigeri, & tunc summa erit  $180\frac{2}{3}$  crucig. Alterum obtinebitur, si  $\frac{2}{3}$  unius crucigeri

geri reducantur ad partes Floreni, quod fiet accipiendo unius crucigeri seu  $\frac{1}{6}$  Flor.  $\frac{2}{3}$  partes, qua de re infra erit sermo, ubi de Fractionum Multiplicatione agetur.

*Quid si Fractiones impuræ sint invicem Addendæ?*

R. 1) Primum Fractiones more consueto addantur in unam summam, deinde numeri integri; quibus addantur integra, siquæ Fractionum summa in se continet. E. g.  $12\frac{3}{4} + 8\frac{5}{6}$   
 $= 20\frac{3}{4} = 21\frac{1}{4} = 21\frac{7}{12}$ .

2) Idem obtinebitur integra ad Fractiones, seu Fractiones impuras ad puras reducendo, ac more consueto addendo, & summam ad integra reducendo. E. g. in Exemplo superiore  $12\frac{3}{4} + 8\frac{5}{6} = \frac{51}{4} + \frac{53}{6} = \frac{306 + 212}{24} = \frac{518}{24} = 21\frac{7}{12}$  ut supra.

*Scholion.* Raro admodum ineuntur rerum perceptarum aut expensarum calculi, quin compareat series Fractionum ad eandem unitatem pertinentium, in quibus addendis usu modico accedente haud magna occurrit difficultas. E. g. Sit addenda sequens series Fractionum ad unum crucigerum pertinentium.

$$\begin{array}{ccccccccc} 1 & 5 & 3 & 5 & 1 & 2 & 1 & 3 & 1 \\ \hline 2, & 6, & 4, & 8, & 2, & 3, & 6, & 8, & 3, \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccccccc} 1 & 7 & 1 & 3 & 1 & 5 & 3 & 7 & 7 \\ \hline 8, & 6, & 4, & 6, & 8, & 2, & 6, & 4, & 8 \end{array}$$

Colligantur primum in unam summam omnes Fractiones eundem Denominatorem babentes, erunt summæ particulares  $\frac{3}{2}, \frac{3}{3}, \frac{7}{4}, \frac{7}{6}, \frac{1}{8}$  seu  $1\frac{1}{2}, 1\frac{3}{4}, 1\frac{1}{6}, 1\frac{7}{8}$ . Deinde addantur integra in unam summam, quæ faciet 5; ac primæ Fractionis  $\frac{1}{2}$  tam Numerator quam Denominator multiplicetur per 12, secundæ per 6, tertiae per 4, quartæ per 3, abibunt illæ in  $12 + 18 + 4 + 21 = \frac{55}{4} = 2\frac{7}{4}$ : quare summa totius seriei erit  $7\frac{7}{4}$  crucig.

24

### §. 2.

## De Subtractione Fractionum Vulgarium.

Quid agendum si Fractio pura ab alia pura subtrahenda sit?

Res. Cum evidens sit partem subtrahendam oportere toti esse homogeneam, si Fractiones propositæ heterogeneæ fuerint, prius ad eundem Denominatorem reducantur; deinde Numerator partis subtrahendæ more integrorum subtrahatur a Numeratore totius, & residuo communis Denominator subscriptur. Ratio operationis

tionis est; quia cum ambæ Fractiones eundem habeant Denominatorem, ambæ significant eandem speciem partium, adeoque etiam in residuo manet eadem species, seu idem communis Denominator. Et alioquin evidens est  $\frac{4}{5} - \frac{3}{5} = \frac{1}{5}$ .

Vide Exempl. 69.

$$\text{Exempl. 69. } \frac{6}{7} - \frac{2}{5} =$$

$$\begin{array}{r} 30 - 14 = 16 \\ \hline 35 \end{array}$$

*Quid si Fractio ab integro subtrahenda sit?*

R. E dato integro unitas transformetur in Fractionem ejus Denominatoris, quem Fractio subtrahenda habet: deinde fiat, ut supra Subtractio, datus autem numerus integer unitate multetur. E. g. Si a 5 Florenis debeant subtrahi  $\frac{2}{3}$  unius Floreni, unus e' Florenis 5 transformetur in Fractionem  $\frac{3}{3}$ , e qua ablatis  $\frac{2}{3}$  residuum erit  $4\frac{1}{3}$  Floreni.

*Quid si una Fractio impura ab alia item impura subtrahenda sit?*

R. Fractionibus, quæ integris adhærent, ad eundem Denominatorem reductis, duo possunt occurtere casus,

1) Si Fractio totius major sit Fractione partis subtrahendæ, tollatur more consueto Fractione partis e Fractione totius, & integra partis ab integris totius. E. g.  $18\frac{3}{4} - 12\frac{2}{3} = 18\frac{9}{12} - 12\frac{8}{12} = 6\frac{1}{12}$ .

2) Si Fractio totius minor sit Fractione partis subtrahendæ, unitas ex integris totius reducatur ad Fractionem ejusdem Denominatoris, quem Fractio integris adhaerens habet, addaturque Fractioni adhaerenti, ac fiat, ut supra Subtractio: integra autem totius multentur unitate.

$$\text{E. g. } 24\frac{2}{7} - 15\frac{3}{4} = 24\frac{8}{28} - 15\frac{21}{28} = 23\frac{3}{28}$$

$- 15\frac{21}{28} = 8\frac{15}{28}$ . Poteſt Subtractio utroque in caſu absolvi etiam reducendo prius Fractiones impuras ad Fractiones puras. Sic in Exemplo primo  $18\frac{3}{4} - 12\frac{2}{3} = \frac{75}{4} - \frac{38}{3} = \frac{225}{12} - \frac{152}{12} = 6\frac{1}{12}$  ut ſupra. Similiter

$$\text{in Exemplo ſecundo } 24\frac{2}{7} - 15\frac{3}{4} = \frac{170}{7} - \frac{63}{4} \\ = 680 - 441 = \frac{239}{28} = 8\frac{15}{28} \text{ prorsus ut ſupra.}$$

28

Scholion. Bonitas Subtractionis exploratur ope Additionis eadem plane methodo, quam ſupra in numeris integris attulimus.

## §. 3.

*De Multiplicatione Fractionum vulgarium.*

*Quid agendum, si una Fractio per aliam  
multiplicanda sit?*

R<sup>e</sup>. Multiplicantur Numeratores inter se, & Denominatores inter se, factum prius erit Numerator facti, & factum posterius erit ejusdem Denominator. E. g.  $\frac{7}{8} \times \frac{2}{3} = \frac{14}{24} = \frac{7}{12}$ .

Ut rationem operationis distincte pervideat tiro, hunc in modum erit ratiocinandum. Omnis multiplicandus fractus potest repræsenta-

ri per  $\frac{A}{B}$ , & multiplicator fractus per  $\frac{M}{N}$ ; pro-

bandum ergo est  $\frac{A}{B} \times \frac{M}{N}$  esse  $= \frac{A \times M}{B \times N}$ , id

quod sic probamus. Si  $\frac{A}{B}$  multiplicaretur per to-

tum  $M$ , deberet  $\frac{A}{B}$  vicibus  $M$  ponи, seu vici-

bus  $M$  major effici, adeoque deberet ejus Numerator  $A$  vicibus  $M$  augeri, seu per  $M$  mul-

tiplicari; quare factum prodiret  $\frac{A \times M}{B}$ .

Iam vero hoc factum esset vero facto vi-

cibus  $N$  majus, cum etiam multiplicator  $M$

fuerit

fuerit vicibus N major vero multiplicatore  
M  $\frac{A \times M}{B}$

$\bar{N}$ : ergo ut factum  $\frac{A \times M}{B}$  fiat verum factum,  
debet vicibus N minui, adeoque debet ejus  
Denominator B vicibus N augeri, seu per  
 $\frac{A \times M}{B \times N}$

N multiplicari: unde verum factum erit  $\frac{A \times M}{B \times N}$

*Scholion.* Ut clarior reddatur allata demonstratio, adplicemus eandem ad Exemplum supra allatum  $\frac{7}{8} \times \frac{2}{3}$ . Quodsi  $\frac{7}{8}$  multiplicaretur per integrum 2, deberet fieri hæc Fractio duplo major, adeoque ex hæc tenus dictis deberet Numerator 7 in duplum augeri, seu per 2 multiplicari, prodiretque factum  $\frac{7 \times 2}{8} = \frac{14}{8}$ . Iam

vero cum multiplicator 2 vero multiplicatore  $\frac{6}{3}$  fuerit triplo major, etiam factum  $\frac{14}{8}$  est vero facto triplo majus; adeoque ut fiat verum factum debet triplo minus fieri, seu debet ejusdem Denominator 8 in triplum augeri, hoc est per 3 multiplicari: erit igitur verum factum  $= \frac{7 \times 2}{8 \times 3} = \frac{14}{24} = \frac{7}{12}$ .

*Quid si unus factorum fuerit numerus integer, alter vero fractus?*

R. Integro pro Denominatore subscribatur 1, & fiat operatio methodo paulo ante allata.

Quia

Quia vero unitas integro subscripta nihil multiplicat, eodem res reddit, si per integrum multiplicetur duntaxat Fractionis Numerator, & facto subscribatur ejusdem Denominator. E. g.

$$\frac{2}{3} \times 5 = \frac{2}{3} \times \frac{5}{1} = \frac{10}{3} = 3\frac{1}{3}.$$

*Quid si alteruter, vel uterque factor sit Fractio impura?*

R. Fractio impura reducatur ad puram juxta superius dicta; deinde fiat Fractionum Multiplicatio lege consueta. E. g.  $4\frac{2}{3} \times \frac{5}{6} = \frac{14}{9} \times \frac{5}{6} = \frac{70}{54} = 3\frac{8}{9}$  Similiter  $5\frac{3}{4} \times 8\frac{1}{2} = \frac{23}{4} \times \frac{17}{2} = 48\frac{7}{8}$ .

*Quid si numerus concretus sit per Fractio- nem multiplicandus?*

R. Imprimis juxta superius dicta species inferior exprimatur per modum Fractionis, abibit numerus concretus in Fractionem impuram: deinde impura hæc Fractio transformetur in puram, ac postea peragatur Multiplicatio lege consueta. E. g. (8 Flor. 15 cruc.)  $\times \frac{2}{3} = 8\frac{15}{60}$  Flor.  $\times \frac{2}{3} = \frac{48}{60} \times \frac{2}{3} = \frac{96}{180} = \frac{9}{18} = 5\frac{1}{2}$  Flor.

*Quo-*

*Quomodo transformatur Fractio composita  
in simplicem?*

R. Multiplicando Numeratores inter se. & Denominatores inter se: factum inde enascens erit Fractionis Fractio. Nam factum e duabus Fractionibus inter se multiplicatis enatum eandem partem multiplicandi exprimit, quam partem unitatis denotat multiplicator: cum enim multiplicandus toties sit in facto, quoties unitas in multiplicatore, qualis pars unitatis continetur in multiplicatore, talis etiam pars multiplicandi continetur in facto, seu factum est pars multiplicandi talis, qualem indicat multiplicator.

E. g. Si ex  $\frac{2}{3}$  Flor. debeant accipi  $\frac{2}{5}$  partes, factum  $\frac{6}{5}$  seu  $\frac{2}{5}$  indicabit tres quintas partes ex  $\frac{2}{3}$  Flor. Qualem enim unitatis partem denotat multiplicator  $\frac{3}{5}$ , talem quoque multiplicandi  $\frac{2}{3}$  partem denotat factum  $\frac{6}{5}$ : atqui multiplicator continet ex unitate  $\frac{3}{5}$  partes: ergo etiam factum ex multiplicando continet  $\frac{3}{5}$  partes, ac proinde factum designat ex  $\frac{2}{3}$  Flor.  $\frac{3}{6}$  partes, seu Fractionem Fractionis.

*Scholion.* Si occurrant plures Fractionum Fractiones reducendae ad Fractionem simplicem, eadem erit operandi ratio; vel, quod eodem reddit,

redit, primum reducantur prima & secunda Fractio ad unam simplicem; deinde hæc cum tertia rursus ad unam, & sic porro. E. g. Si ex  $\frac{1}{2}$  Flor. summendæ forent  $\frac{2}{3}$  partes, & harum rursus  $\frac{3}{5}$  partes, possent aut illico tres Numeratores inter se, & Denominatores inter se multiplicari, obtinereturque valor quæsitus  $\frac{6}{30} = \frac{1}{5} = 12$  crucig. vel possent primum duæ priores reduci ad hanc  $\frac{2}{6}$ , & hæc reduci cum tertia ad  $\frac{6}{30}$  ut ante.

*Nullane occurrunt compendia in Fractionum Multiplicatione?*

¶. Bina hæc sunt maxime usitata.

1) Si in Fractionum multiplicandarum Numeratoribus ac Denominatoribus iidem occurrant numeri, poterunt ii penitus omitti, seu facti tam Numerator, quam Denominator per eosdem dividi, quo in casu valorem Fractio- nis haud mutari jam supra ostensum est. E. g.

$$\frac{2}{3} \times \frac{3}{4} = \frac{2}{4} = \frac{1}{2}.$$

2) Siqui occurrunt numeri in Numeratoribus, per quos aliqui e Denominatoribus exacte dividi possint, iis in Numeratoribus omissis, aut eorum loco unitatibus substitutis, poterunt in Denominatoribus substituti quoti e tali divi-

sione oriundi. Similiter si qui Denominatores exacte dividant quodam e Numeratoribus, iis in Denominatoribus omissis, aut eorum loco unitatibus substitutis, poterunt in Numeratoribus substitui quoti e tali divisione oriundi. Patet in utroque calu tam Numeratorem, quam Denominatorem facti per eosdem numeros dividi, adeoque valorem facti non mutari. E. g. Sint inter se multiplicandæ Fractiones-

$$\frac{2}{2}, \frac{1}{1}, \frac{3}{3}, \frac{10}{10}, \frac{3}{3}, \frac{8}{8}$$

$$2, 1, 3, 10, 3, 8$$

Poterunt imprimis in prima & secunda omitte numeri 2, in prima & tertia numeri 3: deinde poterit in tertia omitti 5, & in quarta pro 10 substitui 2; item in quinta omitti 3 & in sexta pro 12 substitui 4, abibuntque priores Fractiones sequentes.

$$\frac{1}{1}, \frac{1}{1}, \frac{1}{1}, \frac{2}{2}, \frac{1}{1}, \frac{8}{8} :$$

$$1, 1, 1, 10, 1, 4$$

Rursus in quarta omittendo 2, & in quinta pro 4 ponendo 2; ac denique in quinta omitendo hoc ipsum 2, & in sexta pro 8 ponendo 4, Fractiones propositæ in has mutabuntur

$$\frac{1}{1}, \frac{1}{1}, \frac{1}{1}, \frac{1}{1}, \frac{1}{1}, \frac{4}{4} \quad \text{quarum factum illico ad-}$$

$$1, 1, 1, 13, 1, 4,$$

paret esse  $\frac{1}{13}$ . Vis hujus compendii maxime elucebit, si hujusmodi Multiplicationes jubeantur peragere tirones absque præviis reductionibus.

*Scholion.* Bonitatem Multiplicationis facile explorabit tiro ope sequentis Divisionis, & principii supra jam demonstrati, quod scilicet si factum dividatur per unum factorem, quotus esse debeat alter factor.

## § 4.

*De Divisione Fractionum vulgarium.*

*Quid agendum, si una Fractio per aliam dividenda sit?*

R. Numerator dividendi multiplicetur per Denominatorem divisoris, & Denominator dividendi per Numeratorem divisoris: factum prius erit Numerator quoti, & factum posterius erit ejusdem Denominator. E. g.  $\frac{2}{3} : \frac{4}{5} = \frac{10}{12} = \frac{5}{6}$   
 Idem brevius obtinetur, si divisor invertatur & postea fiat juxta § præcedentem Multiplicatio: sic in allato Exemplo  $\frac{2}{3} : \frac{4}{5} = \frac{2}{3} \times \frac{5}{4} = \frac{10}{12} = \frac{5}{6}$  ut supra.

Ratio præsentis operationis eadem methodo demonstratur, quam supra in Multiplicatione adhibuimus. Nimicum quivis dividendus fractus

A

poteſt repræſentari per  $\frac{A}{B}$ , & divisor fractus per

B

$\frac{M}{N}$ ; probandum ergo eſt  $\frac{A}{B} : \frac{M}{N} = \frac{A \times N}{B \times M}$ ,

id quod ſic probamus. Si  $\frac{A}{B}$  dividetur per

A

totum M, deberet  $\frac{A}{B}$  viçibus M minor effici;

B

H 2

ad eo que

adeoque deberet ejus Denominator B vicibus M  
augeri, seu per M multiplicari; quare quotus  
A  
prodiret  $\frac{A}{B \times M}$ .

Iam vero hic quotus esset vero quoto vi-  
cibus N minor, cum divisor M fuerit vicibus  
M  
N major vero divisore — : ergo ut quotus  
N

A  
 $\frac{A}{B \times M}$  fiat verus quotus, debet vicibus N au-  
geri, adeoque debet ejus Numerator A vi-  
cibus N augeri, seu per N multiplicari: unde  
A × N  
verus quotus erit  $\frac{A \times N}{B \times M}$ .

*Scholion.* Ut clarior reddatur allata demon-  
stratio, adplicemus eandem ad Exemplum su-  
pra allatum  $\frac{2}{3} : \frac{4}{5}$ . Quod si  $\frac{2}{3}$  divideretur per  
integrum 4, deberet fieri hæc Fractio quadru-  
plo minor, quod obtineretur Denominatorem  
eiusdem 3 quadruplo augendo, seu per 4 multi-  
plicando; unde prodiret quotus  $\frac{2}{12}$ . Iam vero  
cum divisor 4 vero divisore  $\frac{4}{5}$  fuerit quintuplo  
major, quotus  $\frac{2}{12}$  est vero quoto quintuplo  
minor, cum tanto minor sit quotus, quanto ma-  
jor

jor est divisor manente eodem dividendo: ut ergo  
 $\frac{2}{3}$  fiat verus quotus, debet quintuplo major  
 fieri, quod obtinebitur Numeratorem ejus-  
 dem 2 per 5 multiplicando: erit igitur verus  
 $2 \times 5 = 10$   
 quotus  $\frac{10}{3 \times 4} = \frac{5}{6}$ .

*Quid si divisor aut dividendus fuerit nu-  
 merus integer?*

¶. Integro unitatem pro Denominatore  
 subscribendo fiat operatio, ut supra: vel, quod  
 in idem recidit, per integrum multiplicetur solus  
 Denominator Fractionis, ac factum inde pro-  
 veniens erit Numerator quoti, si numerus inte-  
 ger fuerit dividendus; erit autem Denominator,  
 si numerus integer fuerit divisor. E. g. 8:

$$\frac{2}{3} = \frac{2 \times 4}{3 \times 4} = \frac{8}{12}. \text{ Item } \frac{2}{3} : 8 = \frac{2}{3 \times 4} = \frac{1}{12}.$$

*Scholion.* 1. Cum Fractionum Divisio facta  
 divisoris inversione degeneret in Multiplicatio-  
 nem, eadem pleraque hic obtinent, quæ paulo  
 ante de Multiplicatione dicta sunt, & quæ hic  
 repetere nihil attinet. Bonitas porro Divisionis  
 exploratur Multiplicatione, quemadmodum in  
 numeris integris; nimirum divisor multiplicatus  
 per quotum testituere debet dividendum. Sic  
 in Exemplo supra allato  $\frac{2}{3} : \frac{4}{5}$  quotus fuit  $\frac{5}{6}$ ,  
 qui ductus in Divisorem  $\frac{4}{5}$  dabit  $\frac{2}{3} \times \frac{5}{6} = \frac{2}{3}$ , qui  
 est ipse dividendus.

*Scholion.* 2. Mirum videri tironibus non debet, quod in Multiplicatione facta per Fractionem propriam generetur factum minus ipso multiplicando; in Divisione autem generetur quotus major ipso dividendo, contra quam in numeris integris evenire solet. Si enim numerus quispiam per integrum unitatem multiplicantur, ille utique totus semel ponitur: si ergo multiplicetur per numerum unitate minorem, seu per Fractionem propriam, ne semel quidem ponitur, sed pars ejus duntaxat, & quidem talis, qualem designat multiplicator; cum autem pars minor sit toto, patet factum minus esse debere multiplicando. E. g. dum Fractio  $\frac{4}{5}$  multiplicatur per  $\frac{2}{3}$ , reapse duæ partes tertiaræ ponuntur quatuor quintarum: hinc data Fractio  $\frac{4}{5}$  primum in tres partes dividenda est, quod fit multiplicando 5 per 3; & pars tertia bis accipienda, quod fit 4 per 2 multiplicando.

In Divisione contra quo minor est divisor, eo major est quotus, manente eodem dividendo: quare cum quotus æquetur ipsi dividendo, si divisor fuerit unitas, patet quotum majorem esse debere dividendo, si divisor fuerit minor unitate, seu si fuerit propria Fractio. Et alioquin evidens est unam Fractionem in alia posse contineri integris aliquot vicibus, quemadmodum  $\frac{1}{4}$  in  $\frac{1}{2}$  continetur bis: & hinc luculent-

te patet posse quotum esse numerum integrum,  
licet divisor ac dividendus sint Fractiones pro-  
prietate.


*Scholion. 3.* Paradigmata exercendis tironi-  
bus idonea eadem esse poterunt, quæ in superi-  
oribus allata sunt, aut iis affinia, modo Præ-  
ceptor numeris integris Fractiones substituat,  
aut easdem integris permisceat: adnectimus ta-  
men unum alterumve speciminis causa.

Per quem numerum erit  $3\frac{1}{2}$  multiplican-  
dum, ut factum sit  $\frac{1}{4}$ ? Cum factum divisum  
per multiplicandum pro quo det multiplicato-  
rem, patet quæsum numerum esse =:  $\frac{1}{4} \cdot 3\frac{1}{2} =$   
 $\frac{1}{4} \cdot \frac{7}{2} = \frac{2}{28} = \frac{1}{14}$ .

Re præclare gesta legionis cuiusdam Præ-  
fecti honorarium acceperunt remunerationem,  
& Signifer quidem accepit dimidium Locumte-  
nentis, Locumtenens dimidium Centurionis,  
hic duas tertias partes Magistri vigiliarum, qui  
accepit quartam partem Protribuni, Protribu-  
nus tres quintas partes Tribusi, Tribunus de-  
num 400 aureos: quantum quisque accepit?  
Patet honorarium Protribuni esse Fractionem  
respectu 400; reliquorum honoraria continen-  
ter esse Fractionum Fractiones Multiplicatione  
eruendas: accepit adeo Protribunus  $\frac{4}{1} \cdot \frac{0}{5} \times \frac{3}{5}$   
 $= 240$

$= 240$  aur. Magister vigil,  $\frac{400}{1} \times \frac{3}{5} \times \frac{1}{4} =$   
 $\frac{1200}{80} = 60$  aur. Centurio  $\frac{400}{1} \times \frac{3}{5} \times \frac{3}{4} \times \frac{2}{3}$   
 $= \frac{3400}{60} = 40$  aur. & sic porro.

## FINIS PARTIS PRIMÆ.





## PARS SECUNDA

DE VARIIS NUMERORUM  
INTER SE RELATIONIBUS

### CAPUT PRIMUM DE RATIONIBUS, ET PROPOR- TIO- NIBUS.

§. I.  
*De Rationibus.*

*Quid est Ratio?*

*R. Ratio* est ille respectus, quem numerus cum altero comparatus ad eundem habet. E. g. dum numerus 3 comparatur cum alio 6, deprehenditur 3 ad 6 certam habere relationem, seu respectum, qui *Ratio* appellatur.

*Hs*

*Quot*

*Quot modis potest unus numerus cum altero comparari?*

¶. Duobus. 1) Potest comparari eo fine, ut appareat, quantum unus differat ab altero. 2) Eo fine, ut adpareat, quoties unus continetur in altero: adeoque potest comparari vel quoad differentiam, vel quoad quotitatem. Sic 3 potest comparari cum 6 vel idcirco, ut adpareat, quantum 3 differat a 6; vel idcirco, ut adpareat, quoties 3 continetur in 6.

*Quotuplex igitur est Ratio?*

¶. Duplex. 1) *Ratio Arithmetica* est comparatio duorum numerorum ad invicem quoad differentiam. *Ratio Geometrica* est comparatio duorum numerorum ad invicem quoad quotitatem.

*Quot Terminis constat quævis Ratio?*

¶. Duobus. 1) Ille numerus, qui cum altero comparatur, vocatur rationis antecedens: 2) ille vero, quocum antecedens comparatur, appellatur consequens. E.g. dum numerus 3 comparatur cum 6, numerus 3 est antecedens, 6 vero consequens.

*Quomodo exprimitur Ratio?*

¶. Inter numerum antecedentem & consequentem duo puncta interseruntur. E.g. 3:6, quod sic enunciatur, tria se habeat ad sex.

*Quid*

## *Quid est Exponens Rationis Geometricæ?*

**R.** Est ille quotus, qui oritur divisione consequentis per antecedentem. E. g. Rationis Geometricæ 3: 6 exponens est 2, quia nimirum 3 in 6 bis continetur.

*Scholion.* Si consequens sit major suo antecedente, exponens Rationis semper est numerus integer cum vel sine adjuncta Fractione propria, cum minor numerus in majore aliquoties continetur. Si vero consequens minor sit suo antecedente, exponens Rationis semper erit Fractio propria, cum major numerus in minore ne semel quidem continetur. Sic rationis 3: 8 exponens est  $2\frac{2}{3}$ ; rationis vero 8: 3 exponens est  $\frac{3}{8}$ .

## *Quomodo ergo potest exprimi exponens cuiusvis Rationis?*

**R.** Instar Fractionis, cuius Numerator est Rationis consequens, Denominator vero ejusdem antecedens. Cum enim Fractionis cuiusvis valor situs sit in quoto, qui oritur divisione consequentis per suum antecedentem, evidens est quavis Fractione exprimi exponentem ejus Rationis, quam habet Denominator ad Numeratorem, adeoque exprimi Rationem Denominatoris ad Numeratorem. E. g.  $\frac{6}{3}$  denotat exponentem Rationis inter 3 & 6, seu Rationem inter 3 & 6.

*Unde*

*Unde adparet, an duæ Rationes Geometricæ sint inter se æquales?*

¶. Ex eodem utrinque exponente. Cum enim exponens ostendat habitudinem antecedentis ad suum consequentem, evidens est eandem esse habitudinem seu Rationem, ubi idem est, exponens. Sic Ratio inter 1 & 2 eadem est, quæ inter 3 & 6, cum sicut 1 in 2, ita 3 in 6 bis contineatur.

*Scholion.* Cum quævis Fractio denotet exponentem ejus Rationis Geometricæ, quam habet Denominator ad Numeratorem, duæ Fractiones inter se æquales semper denotant duos exponentes, adeoque duas Rationes inter se æquales, quarum antecedentes sunt Denominatores, consequentes vero Numeratores earum Fractionum. Sic  $\frac{1}{2}$  &  $\frac{2}{4}$  denotant duas Rationes æquales 2 : 1, & 4 : 2.

*Quando dicitur una Ratio alterius esse directa? quando inversa aut reciproca?*

¶. Si duæ Rationes eosdem habeant exponentes, & quidem utrinque oriundos divisione consequentium per suos antecedentes, erit una Ratio alterius directa, quales sunt 1 : 2 & 4 : 8: Sin autem exponentes quidem utrinque æquales sint, sed in una exponens oriatur divisione consequentis per suum antecedentem; in altera vero divisione antecedentis per suum consequentem, erit

erit una Ratio alterius *inversa* seu *reciproca*, quales sunt  $1:2$  &  $6:3$ . Hinc ambæ Rationes sient directæ, si earum alterutra invertatur, ita ut ex ejusdem antecedente fiat consequens, & contra: sic Rationes priores erunt directæ, si hoc pacto scribantur  $1:2$ , &  $3:6$ , vel  $2:1$ , &  $6:3$ .

*Quid fit Rationi Geometricæ, si tam antecedens ejusdem quam consequens per idem multiplicetur vel dividatur?*

¶ Exponens ejusdem, ac proinde Ratio ipsa non mutatur. Nam Rationis exponens designatur per Fractionem, cuius Denominator est Rationis antecedens, Numerator autem est ejusdem consequens: atqui valor Fractionis non mutatur, si tam Denominator quam Numerator illius per idem multiplicetur vel dividatur: ergo nec exponens Rationis, seu nec ratio ipsa mutatur, si ejus tam antecedens quam consequens per idem multiplicetur aut dividatur. E. g. Si Rationis  $3:6$  terminos multiplices per  $2$ , aut dividas per  $3$ , novæ Rationes  $6:12$ , item  $1:2$  erunt priori æquales, cum idem manserit semper exponens  $2$ .

*Scholion.* Hæc, quæ de Ratione Geometrica paucis diximus, diligentissime inculcanda, atque exemplis illustranda erunt tinoni: ex his enim pendet omnis Proportionum doctrina, quam jam persequemur.

*De Proportionibus.**Quid est Proportio?*

*q. Proportio* est æqualitas duarum Rationum: hoc est, duæ Rationes inter se æquales efficiunt simul totum quoddam, quod *Proportio* adpellatur.

*Quotuplex est Proportio?*

*q. Duplex.* *Proportio Arithmeticæ* est, quæ consurgit e duabus Rationibus arithmeticis inter se æqualibus, uti sunt  $2:3$ , &  $4:5$ . *Geometrica* est, quæ aonstat e duabus Rationibus Geometricis inter se æqualibus, uti sunt  $2:4$ , &  $3:6$ .

*Scholion.* Cum usus Proportionum arithmeticarum in vitæ quotidianæ negotiis rarer sit, easdem ad Algebraam relegamus, omniaemque in sequentibus institutionem ad solam Geometricam Proportionem restringemus, ac nomine Proportionis semper eandem deinceps intelligemus.

*Quotuplex est Proportio Geometrica speciatim?*

*q. Duplex.* *Directa* est, si constet Rationibus, quarum una sit alterius directa: *reciproca* vero seu *inversa*, si constet Rationibus, quarum una sit alterius inversa, quæ proprie tunc solum erit *Proportio*, cum inversione alterutrius Rationis

tionis evaserit directa. E. g. Rationes  $1: 2$ , &  $3: 6$  faciunt Proportionem directam; at haec  $2: 4$ , &  $6: 3$  faciunt reciprocam, quæ ipsa directa erit, si Ratio alterutra invertatur.

### Quomodo exprimitur Proportio?

**R.** Inter duas æquales Rationes, e quibus consurgit Proportio, interseritur signum  $=$ . E. g.  $1: 2 = 3: 6$ , quod significat Rationes esse æquales, adeoque facere Proportionem. Enunciatur autem hoc pacto:  $1$  se habet ad  $2$ , sicut  $3$  ad  $6$ .

**Scholion.** Perspicuum est quamvis Proportionem constare binis antecedentibus, ac totidem consequentibus. Posse item eam exprimi per duas Fractiones inter se æquales, quarum Numeratores sint Proportionis antecedentes, Denominatores vero sunt ejusdem consequentes. gr. Proportio  $1: 2 : = 3: 6$  exhiberi potest per  $\frac{2}{1} = \frac{6}{3}$ , quod significat Rationem inter  $1$  &  $2$  æqualem esse Rationi inter  $3$  &  $6$ , ac proinde inter  $1$  &  $2$ , ac  $3$   $6$  haberi Proportionem.

### Quid fit Proportioni, si termini extremi inter se, & medii inter se multiplicentur?

**R.** Semper extremorum factum æquale erit facto mediorum. Cum enim quævis Proportio rite exprimatur per duas Fractiones inter se æquales, valores non mutabuntur, si Fractionis cuiusvis tam Numerator quam Denominator multiplicetur.

tiplicetur per alterius Denominatorem, quia multiplicatione evidens est ex una parte obtineri factum terminorum extremorum, ex altera factum mediorum. E. g. hæc Proportio  $1:2 = 3:6$  potest hunc in modum exprimi  $\frac{2}{1} = \frac{6}{3}$ ; multiplicando jam primæ Fractionis tam Numeratorem quam Denominatorem per 3,  

$$\frac{2 \times 3}{1 \times 6},$$
  
& secundæ per 1 erit  $\frac{3}{3} = \frac{3}{3}$   
seu æqualia per idem 3 multiplicando erit  $2 \times 3$   
 $= 1 \times 6.$

*Scholion.* Ut veritatem hanc momenti maximiciarius, ac universalius comprehendant tirones, hoc modo erit cum iisdem ratiocinandum. Quævis Proportio rite exhibetur per  $A:B = C:D$ , probandum est esse  $\frac{A \times D}{B \times C} = 1$ , id quod sic ostenditur. Eadem

Proportio rite sic exhibetur  $\frac{A}{C} = \frac{B}{D}$ ; jam multiplicando primæ Fractionis terminos per  $C$ ,  

$$\frac{B \times C}{A \times D}$$
  
secundæ per  $A$  erit  $\frac{A \times C}{A \times C} = \frac{B \times C}{A \times D}$ , ac æqualia per idem  $A \times C$  multiplicando erit  $B \times C = A \times D$ .

*Quodnam est certum indicium bonæ Proportionis?*

*R.* Legitima est Proportio, si factum terminorum extremorum æquale sit facto mediolum.

rum. Nam quotiescumque duo facta æqualia sunt, quatuor factores semper constituunt Proportionem, in qua bini factores unius facti agant terminos extremos, bini alterius agant medios. Si enim duo ejusmodi facta æqualia dividantur primum per unum factorem facti primi, deinde per unum factorem facti secundi, abibunt bina illa duo facta in duas Fractiones æquales, ac proprie factores constituent legitimam Proportionem. E. g. si fuerit  $2 \times 6 = 3 \times 4$ , utrumque factum

imprimis dividendo per 6 erit  $2 = \frac{3 \times 4}{6}$ ; de-

inde utrumque dividendo per 4 erit  $\frac{2}{4} = \frac{3}{6}$ , seu

$$4 : 2 = 6 : 3,$$

*Scholion.* Ut hoc legitimæ Proportionis criterium generatim comprehendant tirones, hæc erit cum iisdem instituenda ratiocinatio. Quævis duo æqualia facta bene repræsentantur per  $B \times C = A \times D$ , probandum est hoc ipso fore  $A : B = C : D$ , id quod sic evincitur. Dividantur ambo hæc facta æqualia primum per A,

$B \times C$   
erit  $\frac{A}{B} = D$ : rursus ambo dividantur per C,

$\frac{B}{A} = D$ ,  
erit  $\frac{A}{B} = \frac{C}{D}$  seu  $A : B = C : D$ . Quare genera-

tim certum indicium bonæ Proportionis est æqualitas facti extremorum cum facto me diorum.

*In quot Proportiones possunt resolvi duo quævis facta æqualia?*

R. In complures, quarum nos tres duntaxat considerabimus. Sit ut supra  $B \times C = A \times D$ , erit 1) Utrinque per A & C dividendo

$$\frac{B}{A} = \frac{D}{C}$$

— = — seu  $A : B = C : D$ ; 2) Utrinque per B

$$\frac{A}{C} = \frac{B}{D}$$

& D dividendo erit  $\frac{C}{D} = \frac{A}{B}$ , seu  $B : A = D : C$ ,

ubi primæ Proportionis termini *inverse* comparent. 3) Utrinque dividendo per A & B erit

$$\frac{C}{D} = \frac{B}{A}$$

— = —, seu  $A : C = B : D$ , ubi primæ Proportionis termini *alterne* seu alternando comparent.

E. g. Cum sit  $2 \times 6 = 3 \times 4$ , erit 1)  $2 : 4 = 3 : 6$ ; 2) invertendo  $4 : 2 = 6 : 3$ ; 3) alternando  $2 : 3 = 4 : 6$ .

*Quomodo reperitur quivis Proportionis terminus datis reliquis tribus?*

R. 1) Si datis tribus prioribus quæratur quartus, factum mediorum dividatur per primum, quotus erit quartus quæsitus. Est enim factum mediorum æquale facto ex primo & quarto quæsito; sed si factum e primo & quarto dividatur per primum, quotus erit quartus: ergo etiam si factum mediorum dividatur per primum,

quo-

quotus erit quartus. Eodem modo patet quotum fore terminum primum, si factum extremorum dividatur per quartum. E. g. Si ad numeros 4, 8, 6 queratur quartus proportionalis, qui vocetur  $y$ , erit  $4: 8 = 6: y$ , unde  $4 \times y = 8 \times 6$ : jam si  $4 \times y$  dividatur per 4, quotus erit  $y$ : ergo etiam si  $8 \times 6$  dividatur per 4, quotus erit  $y = 12$ . 2) Alioquin mediorum invenitur, si factum extremorum dividatur per medium datum. E. g. si datis numeris 4, 6, 12. queratur secundus proportionalis  $y$ , erit  $4: y = 6: 12$ , unde  $4 \times 12 = y \times 6$ ; si ergo per 6 dividatur  $4 \times 12$  seu 48, quotus erit  $y = 8$ .

*Scholion.* Reliquas Proportionum proprietates Algebræ reservamus: paucæ hic allatæ ad hanc vitæ quotidiane abunde sufficere videntur, quemadmodum adparebit e sequentibus.

---

## CAPUT SECUNDUM DE REGULA AUREA GENERATIM.

### §. I.

#### *De Regula Aurea Simplici.*

*Quid est Regula aurea simplex?*

*R. Regula aurea simplex*, quæ vulgo etiam *Regula trium* appellatur, est methodus, quæ docet ad datos tres numeros quartum proportionalē invenire.

*Scholion.* Cum vitæ communis commercia ita sint comparata, ut pretia, sumptus, damna, luera &c rerum ipsarum magnitudini, copiæ, labori, tempori &c sint proportionalia, patet in iisdem computandis perpetuum esse Proportionis usum, qui in præsenti Regula potissimum consistit, quæ ab utilitate sua *aurea*, a numero vero terminorum datorum Regula trium solet nuncupari.

### *Quotuplex est Regula aurea simplex?*

*R.* Duplex. Si dati tres termini & quartus quæsitus faciant unam Proportionem directam, seu si quartus terminus tanto minor vel tanto major debeat esse tertio, quanto minor vel quanto major est secundus primo, Regula aurea erit *directa*: erit contra *inversa*, si termini dati & quartus quæsitus faciant Proportionem reciprocam, seu si quartus terminus tanto major debeat esse tertio, quanto minor est secundus primo; aut contra si quartus tanto minor debeat esse tertio, quanto major est secundus primo. Ut adeo semper ex ipso quæstionis statu sit dijudicandum, utrum *directa*, utrum *inversa* sit Regula aurea.

*E. g.* Si posantur 2 vasa vini constare 30 Flor. & queratur quanti constent 12 vasa ejusdem vini, evidens est, quod quanto plura vasa veniunt in quæstionem quam 2, tanto pluribus constent Flor. quam 30, adeoque quanto major est numerus vasorum 12 quam vasorum 2, tan-

to etiam major sit numerus Flor. quæsitus, quam numerus 30: quare præiens quæstio pertinet ad Regulam auream directam.

Sic autem ponatur certa avenæ quantias 6 equis sufficere per dies 18, & quæratur quamdiu sufficiat eadem equis 10, facile adparet eandem avenam pluribus equis minori tempore sufficere, & hinc licet numerus equorum 10 major sit quam 6, tamen numerum dierum quæstum minorem esse debere quam 18, ac proinde hanc quæstionem ad Regulam auream inversam pertinere.

*Scholion.* Diligenter exerceant Megistri hoc loco tirones in discernendis Regulæ aureæ directæ & inversæ casibus, complura hanc in rem iisdem proponendo exempla.

*Quæ sunt observanda in Regulæ aureæ terminis?*

¶. 1) Duo e datis tribus terminis semper idem habent nomen, seu significant res ejusdem speciei, vel taltem ad eandem speciem reducibles, ac unus eorum cum quarto quæsito rursus idem habet nomen, seu cum quarto est homogeneus. Sic in Exemplo primo iuperiore duo termini significant vala vini, duo alii Florenos: in secundo duo denotant equos, duo autem dies.

2) Si inter datos tres terminos occurrant numeri concreti plures species exprimentes, si vel reducantur ad minimam speciem, ut Floreni, Grossi, & Nomi ad Iunos; vel certe spe-

cies inferiores exprimantur per modum Fractio-  
num superemæ speciei, ut Grossi, & Numi per  
modum Fractionum Floreni, ut habeatur Fra-  
ctio impura.

3) Si in datis terminis occurrat Fractio im-  
pura, ea ad puram reducatur. Si occurrat Fra-  
ctio composita, reducatur ad simplicem.

*Quomodo sunt collocandi termini, ut dire-  
ctam faciant Propriionem, sive deinde  
Regula aurea fuerit directa, sive  
inversa?*

¶. 1) In datis tribus terminis ii debent oc-  
cupare primum & secundum locum, qui idem  
habent nomen: loco tertio ponatur ille, qui quar-  
to quæsito est homogeneus. Sic in Exemplo pri-  
mo superiore numeri vasa vini denotantes pri-  
mum ac secundum locum, Floreni vero 30, &  
quartus quæsitus tertium & quartum locum tene-  
re debet.

2) Si Expensu quæstionis statu adpareat ter-  
minum quartum debere esse majorem tertio, eti-  
am secundus major esse debet primo, uti in  
memorato Exemplo primo. Sin autem quartus  
minor debeat esse tertio, etiam secundum mino-  
rem esse oportebit primo: hinc in Exemplo se-  
cundo superiore termini hoc erunt ordine collo-  
candi; 10 equi: 6 equos=18 dies: y dies. At-  
Atque ita Regula aurea inversa semper reduci-  
tur ad directam.

*Quid agendum rite jam collocatis terminis?*

¶. Multiplicetur terminus secundus per tertium, & factum dividatur per terminum primum, quotus erit terminus quartus qualicus, uti supra demonstratum est.

*Nullane hic suppetunt compendia?*

¶. Subiectemus hic eorum præcipua.

1) Si alterutrius Rationis tam antecedens, quam consequens per ipsum antecedentem vel consequentem, aut per quemvis aliud numerum exacte dividatur, Ratio, ac proinde Proportio non mutabitur, & multiplicatio ac diviso haud parum facilitabitur. E. g. si 12 Florenis emuntur 144 pulli, Florenis 180 quot pulli ementur? Hoc ordine stabant termini; 12 Fl. 180. Flor. = 144 pulli: y pull. & Rationis primæ terminos per 12 dividendo Proportio in hanc abbibit 1: 15 = 144: y.

2) Cum salva proportione termini alternando possint collocari, idem compendium habebit locum, si ambo antecedentes per eundem numerum exacte dividantur. Sic in Exemplo præcedente antecedentibus per 12 divisis sic stabit Proportio, 1: 180 = 12: y.

3) Idem obtinebitur compendium, si omnes tres termini per eundem numerum exacte dividantur. E. g. pro grege boum 1680 capitum solvitur telonium 992 Flor. quantum erit solvendum pro grege complectente 4880 boves?

Termini rite collocati hanc faciunt Proportionem  
 $1680 : 4880 = 992 : y$ , ac terminos tres priores  
 dividendo per 16 Proportio in hanc abbibit 105:  
 $62 = 305 : y$ , ubi  $y = 280 \frac{2}{21}$ , qui valor est per  
 16 multiplicandus, ut valor quæsus eruatur,  
 cum etiam secundæ Rationis tam antecedens quam  
 consequens fuerit per 16 divisus. Compendia  
 hæc imprimis habent locum, si in duorum pri-  
 morum terminorum fine totidem zeri deleantur.  
 Quodsi etiam in fine tertii zeri aliquot deleantur,  
 totidem debent addi in fine termini quarti inven-  
 ti, cum uno zero deleto tam terminus tertius  
 quam quartus quæsus fuerit divisus per 10, de-  
 letis duobus zeris per 100, deletis tribus per  
 1000 &c.

4) Si dati termini meræ Fractiones fuerint,  
 dupli compendio erit locus. 1) Invrrtatur pri-  
 ma Fractio, & multiplicentur omnes Numerato-  
 res inter se, ac Denominatores inter se. Patet  
 enim hoc pacto factum mediorum dividi per ter-  
 miam primum, ac proinde obtineri quartum.

E. g. Si panni cujusdam  $\frac{1}{2}$  ulna constet  $\frac{2}{3}$  par-  
 tibus Floreni, quanti constabunt  $\frac{3}{4}$  unius ul-  
 nae? pro  $\frac{1}{2}$  scribendo  $\frac{2}{1}$  erit  $y = \frac{2}{1} \times \frac{-2}{3} \times$   
 $\frac{3}{4} = \frac{1}{1} \frac{2}{2} = 1$ . Flor. 2) Reductis Fractionibus  
 omnibus ad communem Denominatorem, poter-  
 it omitti communis Denominator, seu per eum  
 omnes termini multiplicari; at invento termino  
 quarto

quarto idem communis Denominator subscribi debet, cum terminus tertius & quartus quæsitus per illum fuerint multiplicati. E. g.  $\frac{2}{3}$  libræ carnis emuntur 4 cruc. quanti ementur  $6\frac{1}{5}$  libræ? Reducendo omnes terminos ad communem Denominatorem 15, ac eodem omisso hæc stabit Proportio 10: 60 = 93: y, seu 1: 6 = 93: y, ubi  $y = 558$ , & terminus quæsitus =  $\frac{558}{12} = 37 = \frac{1}{5}$  crucig.

Sed hæc, aliave id genus compendia clarius elucebunt inferius in Regula Catenaria.

### *Exempla.*

1) 2 aurei Kremnicenses faciunt 8 Flor. 36 cruc. quot Florenos facient aurei 12? Reducendo 8 Flor. ad cruceieros 480, pro 8 Fl. & 36 cruc. scribantur 516 cruc. ac termini hoc modo ordinentur *Aur. Aur. Cruc. Cruc.*

$2: 12 = 516: y$ , seu primæ Rationis terminos dividendo per 2 *Aur. Aur. Cruc. Cruc.*

$1: 6 = 516: y$ , erit  $y = 6 \times 516 = 3096$  cruc. = 51 Flor. 36 cruc.

2) Emitt quispiam aliquot paria boum, singula per 70 imper. quanti debet unum par vendere, ut in 100 Imper. lucretur 12? Si in 100 velit lucrari 12, quæratur quantum

$\frac{\text{Imp.}}{70} = \frac{12}{100}$  debat lucrari in 70; erit ergo 100?  $70 = \frac{12}{15}$

*Lucr.* *Lucr.*

12: y, seu 10: 7 = 12: y, eritque y =  
8 Imp. 12 Gross. debet adeo par vendere 78  
*Imper.* 12. *Grossis.*

3) Aerarii cuiusdam praefectus percepit  
1456 aureos per  $4\frac{1}{5}$  Flor. quot ergo Florenos  
debet inserere rationibus? Reducendo  $4\frac{1}{5}$  Flor.  
ad Fractionem puram, hoc ordine stabunt ter-  
*Aur.* *Aur.*

mini 1: 1456 =  $\frac{2}{5}$  Flor. : y Flor. reperiatur y  
= 6115. Flor. 4 Gross.

4) Vult quidam 4000. Flor. exolvere me-  
nis aureis Kremlinenibus, quot aureos de-  
bet numerare? Cum 1 aureus valeat 4 Flor.  
18 cruc. seu 258 cruc. & 4000 Flor. valeant  
*Cruc.* *Cruc.*  
240000 cruc. sic stabunt termini 258: 240000  
*Aur.* *Aur.*

= 1: y, eritque y = 930 aur. 1 Flor.

5) Quot jactibus 5 Marianorum est opus  
ad exsolvendos 1000 Imperiales? Cum unus  
quinque Marianorum jactus faciat 85 cruc. &  
1000 Imp. faciant 90000 cruc. haec stabit Pro-  
*Cruc.* *Cruc.* *Jact.* *Jact.*

portio 85: 90000 = 1: y, eritque y = 1058  
 $\frac{3}{5} \frac{4}{5}$  jact. seu 1058 jact. 1 Flor. 10 cruc.

6) Quidam emit complura vini vasa, sin-  
gula 10 aureis: vitio contracto cogitur singula  
vendere 8 aureis: quantum damni patitur in 100  
aureis? Cum in aureis 10 patiatur damnum a  
*aux.*

*Aur. Aur. Dam. Dam.*

aur. erit 10:  $100 = 2: y$ , unde  $y = 20$ , adeoque in aureis 100 perdet 20, adeoque pro 100 recipit duntaxat 80.

7) Quidem urnas vini 74 vendere vult singulas 9 Flor. quanti debet singulas coemere, ut vendendo lucretur 60 Flor.? Premium totum vendendi vini erunt Floreni  $64 \times 9 = 576$ , unde detractis 60 erit premium pro vino emendo dandum 516 Flor. quare haec stabit Proportio

*Vas. Vas. Fl. Fl.*

$64: 1 = 516: y$ , eritque  $y = 8 Fl. 6 Dr.$   
*nar. prox.*

8) Ad hortum quempiam sepibus cingendum operæ 12 opus habent diebus 5: quot diebus egerent 16 operæ ad idem opus perticiendum? Occurrit hic Regula aurea inversa, cum pateat eo pauciores requiri dies, quo plures adhibentur operæ; debent proinde termini hoc ordine

*Oper. Oper. Dies Dies*

collocari  $16: 12 = 5: y$ , seu  $4: 3 = 5: y$ ,  
unde  $y = 3$  dieb. 18 hor.

9) Dum tritici modius constabat  $1\frac{1}{2}$  Flor.

libo unius Grossi ponderabat 6 uncias: quantum debet idem ponderare tunc, dum tritici modius constat  $1\frac{1}{5}$  Fl.? Rursus adparet Regulam esse inversam, cum libo panis eo plus debeat ponderare, quo minus constat tritici modius: quare Fractionibus impuris ad puras reductis erit  $\frac{6}{5}$  Fl.:  $\frac{3}{2}$  Fl.  $= 6$  unc.: y unc. seu reductis Fractionibus ad eundem Denominatorem, & omisso

com-

Fl. Fl. Unc. Unc.

communi Denominatore  $12 : 15 = 6 : y$ , seu  $4 : 5 = 6 : y$ , unde  $y = 7 \frac{1}{2}$  unc.

10) Petrus a Paulo sumvit mutuos Flor. 300 pro mensibus 6 absque ullo censu cum stipulatione par ei, si usus tulerit, obsequium præstandi. Petit Paulus a Petro vicissim paulo post mutuos 250 Flor. quamdiu potest iisdem frui, ut beneficia mutuo compenſentur? Evidens est cum tanto diutius posse frui, quanto pauciores sunt Floreni 250 quam 300, & hinc Regulam esse inverſam: quare hoc erunt ordine collocan-

Fl. Fl. mens. mens.

di termini  $250 : 3000 = 6 : y$ , seu  $25 : 30 = 6 : y$ , aut  $5 : 6 = 6 : y$ , unde  $y = 7$  mens. 6. dieb. Et sane eundem plane dant censum 250 Flor. per 7 menses & 6 dies, quem 300 Flor. per 6 menses.

*Scholion.* Regulam auream rite resolutam patebit. 1) Si factum terminorum extremorum deprehendatur esse æquale facto mediorum, ut in Exemplo 6<sup>ro</sup>  $10 \times 20 = 100 \times 2$ . 2) Si terminus inventus supponatur esse notus, ac pro uno e tribus datis  $y$  substituatur, repetitaque operatione datus ejusdem valor eruatur E. g. Si in Exemplo 8<sup>ro</sup> pro 5 diebus substituatur  $y$ , & repetita operatione deprehendatur esse  $y = 5$ .

*Quomodo peragitur ope Regulæ aureæ numerorum concretorum Multiplicatio?*

R. Si occurrat ejusmodi Multiplicatio, e. g.

g. quanti constat integra catena mensoria 12 orgiarum & 4 pedum, si pro una orgia selvendi sint 8 Flor. 4 Grossi, & 2 Denarii, imprimis 12 orgiae multiplicando per 6 reducantur ad 72 pedes, erit tota catena pedum 76: similiter Floreni 8 multiplicando per 20 reducantur ad Grossos 160, adeoque erunt universe Grossi 164, qui multiplicati per 5 una cum 2 Denariis efficient Denarios 822. Denique pro una orgia ponendo 6 pedes hæc stabit Propor-

Ped. Ped. Den. Den.

tio  $6: 76 = 822: y$ , eritque  $y = \frac{62472}{6} = 10412$  Den.  $\approx 104 Fl. 12. Denarii.$

*Quomodo transformatur ope Regulæ aureæ una Fractio in aliam assignati Denominatoris?*

¶.) Cum Fractio data & quæsita debeant esse inter se æquales, constituent Proportionem Geometricam: erit ergo Denominator Fractionis datæ ad suum Numeratorem, sicut assignatus Denominator ad suum Numeratorem quæsitus.

E. g. Si Fractio  $\frac{2}{5}$  debeat transformati in aliam æqualem, cuius Denominator sit 75 stabit hæc Proportio  $5: 2 = 75: y$ , unde  $y = 30$ , &  $\frac{2}{5} = \frac{30}{75}$ .

*Quomodo*

Quomodo transformatur ejusdem ope una  
Fractio in aliam æqualem assignati  
Numeratoris?

R. Sicut Numerator Fractionis datæ se habet ad suum Denominatorem, ita se habet datum Numerator ad suum Denominatorem quæ situm. E. g. Si prior Fractio  $\frac{2}{5}$  transformanda sit in aliam æqualem, cujus Numerator sit 42, erit  $2: 5 = 42: y$  unde  $y = 105$ , &  $\frac{2}{5} = \frac{42}{105}$ .

Quomodo exprimitur ope ejusdem datae  
Fractio in determinatis ejusdam totius  
e. g. monetæ, temporis, mensuræ,  
ponderis &c partibus?

R.) Assumatur pro novæ Fractionis Denominatore ea species monetæ, temporis, mensuræ, ponderis &c, in qua valor Fractionis exprimi debet, quæraturque eidem juxta paulo ante dicta respondens Numerator. E. g. si velis seire, quotnam Crucigeros valeant  $\frac{1}{7}$  partes unitus Floreni, cum in Floreno Crucigeri 60 sint, assumatur pro novo Denominatore 60,

$$\text{et fiat } 7: 2 = 60: y, \text{ exit } y = \frac{17 \frac{1}{7}}{60} \text{ seu } 17 \frac{1}{7}$$

CRUC.

eruc. Si Fractio Floreni in Denariis foret exprimenda, novus Denominator deberet esse 200, cum 100 Denarii sint in Floreno. Similiter si queras, Quotnam uncias valeant  $\frac{3}{8}$  partes unius libræ, cum 16 unciae faciant unam libram, fiat  $8: 3 = 16: y$ , eritque  $y = \frac{48}{8} = 6$  unc.

*Scholion.* Sedulo exercendus erit tiro in hac Fractionum reductione, quæ maximos solet habere usus in vita communis negotiis. Quodsi invento Fractionis valori denuo adhæreat aliqua Fractio, uti supra 17 crucigeris adhæret  $\frac{1}{7}$ , poterit talis Fractio eodem modo reduci ad minorem speciem. E. g. si  $\frac{9}{5}$  partes unius orgiae exprimendæ sint per pedes, cum orgia 6 pedes contineat, erit  $5: 3 = 6: y$ , unde  $y = 3\frac{2}{5}$  ped. Rursus si  $\frac{3}{5}$  ped. sint reducendæ ad digitos, cum pes contineat 12 dig. erit  $5: 3 = 12: y$ , unde  $y = 7\frac{3}{5}$  dig. Denique si  $\frac{1}{5}$  dig. reduci debeat ad lineas, cum unus digitus 12 lineis constet, erit  $5: 1 = 12: y$ , unde  $y = 2\frac{2}{5}$  lin. Et sic  $\frac{3}{5}$  unius orgiae valebunt 3 ped. 7 dig.  $2\frac{2}{5}$  lin.

## §. 2.

*De Regula aurea Composita.**Quid est Regula aurea Composita?*

**R.** *Regula aurea Composita* adpellatur methodus, quæ docet ad datos quinque, vel etiam plures numero impare terminos proportionalem invenire. Plerumque dari solent quinque numeri ad quos sextus proportionalis quæritur, unde hæc Regula vulgo *Regula quinque* solet vocari. *Composita* vero dicitur, cum e pluribus coalescat Proportionibus, sicuti videbimus, quæ ipsæ vel directæ, vel inversæ esse possunt. E. g. si 3 equi intra 4 menses consumant 5 orgias foeni, & quæratur, quantum sint consumturi equi 15 intra 12 menses.

*Qua sunt observanda circa terminos Regulæ auræ Compositæ?*

**R.** 1) Tres ex datis terminis semper formant conditionem, duo autem reliqui quæstionem ex ea conditione pendentem. Sic in Exemplo superiore 3 equi, 4 menses, 5 orgiae foeni pertinent ad conditionem, qua posita quæritur, quantum consumant 15 equi intra 12 menses, qui 15 equi & 12 menses continent quæstionem.

2) E tribus terminis ad conditionem pertinentibus semper unus est termino quæsito homogeneus, qualis in allato Exemplo est 5 orgiae foeni:

foeni: e reliquis quatuor terminis bini semper eandem, & alii bini iterum eandem rem significant. Sic ibidem 3 & 15 significant equos, 4 vero & 12 designant menses.

3) Inter tres terminos ad conditionem spectantes unus semper est instar causæ principalis, unus instar effectus, lucri, damni, actionis, census &c. unus instar conditionis, sub qua effectus ponitur, uti sunt adjuncta temporis, spatii, celeritatis &c. Sic in numerato Exemplo 3 equi sunt instar causæ, cuius effectus sunt illæ 5 origiæ consumtæ, conditionem autem consumtionis indicat tempus 4 mensium. Inter duos reliquos terminos questionem continentes unus iterum ad causam, alter ad conditionem pertinet, tertius ad effectum.

*Quomodo resolvitur Regula aurea  
Composita?*

¶. Tres supponunt methodi resolvendi Regulam auream compositam, sive deinde includat Proportiones directas, sive inversas. Methodos has jam ordine persequemur, atque Exemplis illustrabimus.

**M E T H O D U S I.**

1) Terminus, cui homogeneus queritur, ponatur loco tertio, primo autem & secundo illi, qui causam actionis exprimunt, reliquis cōobus omissis, ac si eadem utrinque adesset Arithmetica. K con-

conditio. Hinc in toties memorato Exemplo suppositis utrinque iisdem 4 mensibus, ac proinde Ratione mensium omissa sic stabit Propor-

*Equi Equi Org. Org.*

$iio\ 3: 15 = 5: y$ , unde reperientur orgiae intra 4 menses equis 15 sufficiunturæ.

2) Porro in hac terminorum collocatione si quartus quæsitus major esse debeat tertio, etiam secundus major debet esse primo, & contra, quemadmodum diximus in Regula aurea simplici. Hinc cum intra eosdem 4 menses equi 15 pluribus egeant foeni orgiis, quam 3 equi, terminus quartus major debet esse tertio, adeoque etiam secundus primo, unde termini stabunt, ut diximus, hoc ordine  $3: 15 = 5: y$ , eritque  $y = 25$ , hoc est, intra 4 menses 15 equi consumunt foeni orgias 25.

3) Inventus terminus in secunda Proportione ponatur loco tertio, & resumta Ratione mensium dicatur: 15 equi intra 4 menses consumunt 25 foeni orgias, quantum consumunt iidem intra menses 12? Nempe reliqui duo termini in priore Proportione omitti occupent primum & secundum locum, servata collocationis lege pauculo ante praescripta. Sic igitur stabunt termini

*Mens. Mens. Org. Org.*

$4: 12 = 25: y$ , eritque  $y = 75$  Org. Eodem modo erit operandum, si datis septem terminis, queratur octavus, sed tunc tres erunt instituendæ Proportiones, ut infra adparebit.

*Scholion.* Idem plane reperitur termini quæsiti valor, etiamsi primo loco sola Ratio mensium, secundo sola Ratio eorum assumatur, si-

uti periclitari tiro poterit. Nimirum dicendum, 3 equi per 4 menses consumunt 5 orgias, quantum consument iidem intra 12 menses, & reperietur numerus orgiarum 15. Deinde dicendum; 3 equi intra mensas 12 consumunt 15 orgias, quantum consument eodem tempore 15 equi, ac numerus orgiarum quæsitus erit, ut ante, 75.

### E X E M P L A.

1) Si vasa singula coemti vini venderem 20 Flor. in vasis 100 lucrarer 30 Flor. quantum ergo lucrarer in vasis 600 vendendo singula Flor. 24? Primum assumta sola Ratione vasorum erit 100: 600 = 30: y, unde y = 180 Fl. Deinde assumta sola Ratione pretii erit

Pret. Pret. Flor. Flor.  
20: 24 = 180: y, unde y = 216, tantum nempe lucrarer in vasis 600 vendendo singula 24 Flor.

2) Si 100 Floreni per annum seu per 12 menses inferant censum 5 Flor. quantum est capitale, quod singulis 8 mensibus infert 200 Flor.? Imprimis omissa Ratione mensium dicitur; si census 5 Flor. intra 12 menses resultat e capitali 100 Flor. e quo capitali resultabit cen-

Cens. Cens.  
sus 200 Flor. intra idem tempus, seu 2: 200 Cap. Cap.

= 100: y, hoc est 1: 40 = 100: y, unde y = 4000. Deinde omissa Ratione censuum dicitur: censi 200 Fl. intra 12 menses respondebit capitale 4000 Fl. quantum respondebit ei-

dem intra 8 menses? Quia vero eo majus est capitale, quo minori tempore eundem infert  
 Mens Mens Cap,  
 censum, sic stabunt termini 8: 12 = 4000:  
 $\text{Cap.}$   
 $y, \text{ seu } 2: 3 = 4000: y,$  unde  $y = 6000 \text{ Flor.}$

3) Tribus militibus 36 libræ carnis sufficiunt per dies 12, quādū sufficiunt 180 libræ 9 militibus? Assumpta sola Ratione militum patet eandem annonam tanto minori tempore sufficere, quanto plures sunt millites,  
 $\text{Mil. Mil. Dies Dies}$   
 erit ergo 9: 3 = 12:  $y,$  seu 3: 1 = 12:  $y,$  unde  $y = 4.$  Deinde assumta Ratione librarum evidēs est eidem militum numero tanto diutius sufficere annonam, quanto  
 $\text{Llb. Lib. Dies Dies}$   
 ea major est, erit igitur 36: 180 = 4:  $y,$  seu 1: 5 = 4:  $y,$  hinc  $y = 20.$

4) Operæ 20 intra dies 25 effoderunt canalem 70 orgiarum, si ergo assumantur operæ 50 & canalis effodiendus sit 98 orgiarum, quot erunt dies necessarii ad opus absolvendum? Assumpta primum Ratione operarum, cum plures operæ ad idem opus perficiendum paucioribus egeant diebus, erit 50: 20 = 25:  $y,$  seu 5: 2 = 25:  $y,$  unde  $y = 10.$  Assumpta deinde Ratione orgiarum, cum ad fodiendas plures orgias stante eodem operarum numero pluribus sit opus diebus, erit 70: 98 = 10:  $y,$  seu 7: 98 = 1:  $y$  unde  $y = 14.$

5) Scribæ 3 intra diem singuli scribendo  
4 philyras merentur sibi per 5 dies Florenos  
4, ergo 5 scribæ intra diem singuli scriben-  
do 6 philyras quantum merentur per dies 10.  
Primum assumta Ratione solorum scribarum,  
cum ceteris paribus plures scribæ plus merean-

*Scr. Scr. Fl. Fl.*

tur, erit  $3: 5 = 4: y$ , unde  $y = 6\frac{2}{3}$  *Fl.*  
seu 400. *Cruc.* Secundo assumta Ratione Phi-

*Phil. Pb.*

Ilyrarum intra diem scribendarum erit  $4: 6$   
*Cruc. Cruc.*

$= 400: y$ , seu  $2: 3 = 400: y$ , unde  $y = 600$ .  
Tertio assumta Ratione dierum, intra quos

*Dies Dies Cr. Cr.*

scribunt, erit  $5: 10 = 600: y$ , unde  $y =$   
1200 *Cruc.* seu 20. *Fl.* quos merentur 6 scribæ  
per dies 10 scribendo singuli intra diem 6 phi-  
lyras.

6) Operæ 3 ad cædendas 35 ligni orgias  
egent diebus 6, si per diem laborent horis 7,  
quot ergo diebus egebunt operæ 8 ad cæden-  
das orgias 50, si per diem laborent horis 8?  
Imprimis assumta Ratione operarum, cum ce-  
teris paribus, plures operæ paucioribus egeant  
diebus ad idem opus perficiendum, erit  
*Op. Op. Dies Dies*

$8: 3 = 6: y$ , unde  $y = 2\frac{1}{4}$ . Deinde af-

*Org. Org. Dies Dies*

sumta Ratione orgiarum erit  $35: 50 = 2\frac{1}{4}: y$ ,

seu  $7: 10 = 2\frac{1}{4}: y$  node  $y = 3\frac{3}{4}$ . Denique

assumta Ratione horarum, cum eo paucioribus egeant operæ diebus, quo pluribus per Hor. Hor. Dies Dies diem laborant horis, erit  $8: 7 = 3\frac{3}{4} : y$ ,  
unde  $y = 2\frac{1}{6} \frac{3}{6} = 2$  dieb.  $19\frac{1}{2}$  hor.

## METHODUS SECUNDA.

Methodus secunda huc recidit. Omisso interea illo termino, cui homogeneus quæritur, ordinentur Rationes reliquæ Regulam auream componentes juxta legem toties commendatam, attendeudo nimirum an terminus quartus minor aut major debeat esse tertio: deinde multiplicentur earum antecedentes inter se, & consequentes inter se, ita Proportio composita mutabitur in simplicem, cujus primus terminus erit factum antecedentium, secundus erit factum consequentium, tertius autem ille, cui homogeneus quæritur; hoc pacto reperietur terminus quartus quæsitus.

Ratio operandi e priore methodo deducitur. Nam ibi in prima Proportione terminus ille, cui homogeneus quæritur, quem hic vocemus A, multiplicabatur per terminum secundum, & dividebatur per primum, atque ita obtinebatur quartus, qui in secunda Proportione iterum ficitur tertius, ac ad quartum obtinendum denuo multiplicabatur A per secundum, & dividebatur per primum, atque ita porro A in quavis Proportione multiplicabatur per secundum

dum terminum, & per primum dividebatur: hoc est A multiplicabatur per factum omnium consequentium, ac dividebatur per factum omnium antecedentium, atque sic obtinebatur terminus quæsitus. Atqui præiente hac methodo idem plane, sed via breviore, fieri perspicuum est. Resolvemus Exempla superiora hac etiam methodo.

### *E X E M P L A.*

In Exemplo primo superiore omisso lucro 30 Fl. cui homogeneus quæritur, Rationes componentes ad minores terminos reductæ erant  
 $\frac{3}{5} : \frac{6}{5}$  ) *Ratio vasorum.*

quare factum antecedentium erit = 5, factum consequentium = 36, hinc  $5 : 36 = 30 : y$ , unde  $y = 216$  prorius ut supra. Ratio operandi etiam ex ipsa rei natura elucet; five enim singula e 100 vasis vendas 20 Fl. siue singula e vasis 100  $\times$  20 vendas uno Floreno, idem est. Similiter five singula e 600 vasis vendas 24 Fl. siue singula e 600  $\times$  24 uno Floreno, idem est. Quare facta antecedentium inter se & consequentium inter se multiplicatione evanescit priorum diversitas, & regula aurea composita ad simplicem reducitur.

2) In Exemplo secundo omisso capitali 100 Flor. cui homogeneus quæritur, Rationes componentes erant  $\frac{1}{2} : \frac{3}{4} : \frac{4}{5}$  ) *Ratio Cens.* quare facta antecedentium inter se, & consequentium inter se

se multiplicatione erit  $2: 120 = 1000: y$ , unde  
 $y = 600$  ut supra.

3) In Exemplo tertio omissis diebus 12, quibus homogenus queritur, Rationes componentes erant  $3: 2$ ) Ratio Milit.  $1: 5$ ) Ratio Libr. quare multiplicando antecedentes inter se, & consequentes inter se erit  $3: 5 = 12: y$  unde  $y = 20$  ut supra.

4) In Exemplo quarto omissis diebus 25, quibus homogenus queritur, Rationes componentes erant  $5: 2$ ) Ratio Oper.  $25: 49$ ) Ratio Org. quare multiplicatis antecedentibus inter se, & consequentiis inter se erit  $175: 98 = 25: y$ , unde  $y = 14$  ut supra.

5) In Exemplo quinto omissis 4 Florenis, quibus homogenus queritur, reliquæ tres Rationes hæ erant  $3: 5$ ) Ratio Scrip.  $2: 3$ ) Ratio Philys.  $1: 2$ ) Ratio Dier. quare multiplicando antecedentes inter se, & consequentes inter se erit  $6: 30 = 4: y$ , unde  $y = 20$  ut supra.

6) In Exemple sexto omissis diebus 6, quibus homogenus queritur, reliquæ tres Rationes fuerē sequentes  $8: 3$ ) Ratio Oper.  $7: 10$ ) Ratio Org.  $8: 7$ ) Ratio Horar. quare multiplicando antecedentes inter se, & consequentes inter se erit  $448: 210 = 6: y$  unde  $y = 2\frac{1}{6}$  ut supra.

## TERTIA METHODUS.

Hæc a præcedente rursus sola perficiendi brevitate differt, & ad capita sequentia reducitur.

1) Si datis quinque terminis quæratur sextus, scribantur tres termini conditionem conti- nentes hoc ordine, ut terminus principalis, qui iostar causæ est, locum primum occupet, secun- dum teneat terminus actionis conditionem expri- mens, uti est tempus, spatium, celeritas &c. tertio loco sit ille, qui actionem denotat, qua- le est lucrum, damnum, census &c.

2) Reliqui termini ad quæstionem pertinentes prioribus ita subscribantur, ut veniant infra sibi homogeneos. Si jam sextus terminus quæsitus ratione hujus subscriptionis veniat  
 1) Infra tertium, tunc terminus tertius su- perior multiplicetur per factum e duobus inferio- ribus, & factum dividatur per factum reliquo- rum duorum superiorum, quotus erit sextus quæsitus. 2) Sin autem sextus quæsitus veniat intra primum vel secundum, tunc ultimus infe- rior multiplicetur per factum e primo & secundo superiore, ac postea dividatur per factum reli- quorum duorum, quotus indicabit sextum quæ- situm.

3) Si datis septem terminis octavus quæra- tur, quatuor dati termini ad conditionem per- tinentes scribantur hoc ordine, ut primum lo- cum occupet, ut supra, causa, secundum & tet- rum conditiones actionis, quartum ipsa actio:

his subscribantur termini ad quæstionem pertinentes, ut ante. Si jam terminus octavus quæsusitus veniat 1) infra quartum, multiplicetur factum e tribus inferioribus per quartum superiorem, & factum inde enatum dividatur per factum e reliquis tribus superioribus. 2) Sin autem veniat infra primum, secundum, aut tertium, tunc per factum e reliquis superioribus multiplicetur ultimus inferior, ac factum dividatur per factum ex omnibus reliquis enatum: quotus in utroque casu erit quæsusitus octavus.

*Scholion.* Methodos duas postremas inter se conferenti evidens est easdem plane in utraque occurtere multiplicationes ac divisiones pro reperiendo termino quæsito. Repetemus Exempla superiora hac etiam methodo.

### E X E M P L A.

1) In Exemplo primo termini conditionera continentes sunt vasa vini 100, pretium cuiusvis 20 Fl. & lucrum 30 Fl. Scribatur ergo termini hoc modo.

Vasa	Pret.	Lucr.
------	-------	-------

100,	20,	30,
600,	24,	y

y venit infra tertium, adeoque terminus tertius superior 30 multiplicandus est per factum e duobus inferioribus  $600 \times 24$ , ac inde emergens factum 432000 dividendum per factum reliquorum duorum superiorum  $100 \times 20$ , seu per 2000, erit que  $y = 216$  ut supra.

2) In Exemplo secundo termini conditio-  
nem

nem & quæstionam continentates scribantur hoc  
*Flor.* *Mens.* *Cens.*

100, 12, 5  
 ordine hinc multiplicetur 100

y, 8, 200

per 12, ac factum 1200 rursus per 200, & inde emergens factum 240000 dividatur per  $5 \times 8$  seu per 40, erit  $y = 6000$  ut supra.

3) In Exemplo tertio rite subscribendo terminos quæstionem continentates iis, qui condi-

*Mil.* *Dies* *Lib.*

3, 12, 36,  
 tione continent, erit ubi  $3 \times$

9, y, 180,

12 multiplicando per 180, dabit factum 6480, quod dividendo per  $9 \times 36$  seu per 324, prodit  $y = 20$  ut supra.

4) In Exemplo quarto termini sibi legitime subscripti hoc stabunt ordine

*Oper.* *Dies* *Org.*

20, 25, 70

ubi erit  $y = 20 \times 25 \times 98$

50, y, 98

$\frac{50 \times 70}{50 \times 70}$

$= 14$  ut supra.

5) In Exemplo quinto hoc ordine erunt termini sibi subscribendi  $3, 4, 5, 4$

*Scr.* *Phil.* *Dies* *Flor.*

$5, 6, 10, y$

$5 \times 6 \times 10 \times 4$

unde  $y = \frac{5 \times 6 \times 10 \times 4}{3 \times 4 \times 5} = 20$  ut supra.

6) In Exemplo sexto sic erunt termini col-

$$\begin{array}{cccc}
 \text{Oper.} & \text{Dies} & \text{Hor.} & \text{Org.} \\
 3, & 6, & 7, & 35 \\
 \text{collocandi} & & & , \text{uade reperitur y=} \\
 & 8, & 9, & 8, 50 \\
 3 \times 6 \times 7 \times 50 & & & \\
 \hline
 35 \times 8 \times 8 & = & 2 \frac{1}{16} & \text{ut supra.}
 \end{array}$$

*Scholion.* Exercendis tironibus plura hujusmodi Exempla proponet Magister, jubebitque eadem resolvere per omnes tres allatas methodos, ut facultatem quamdam in iisdem resolventis acquirant, quam cum acquisiverint, miscent terminis Fractiones, numerosque concretos, ut constanti exercitio usum eorumdem sibi reddant familiarem,

---

## CAPUT TERTIUM

### DE NONNULLIS REGULÆ AUREÆ SPECIEBUS.

#### §. I.

#### *De Regula Societatis.*

*Quid venit nomine Regulæ Societatis?*

*q. Si negotiatores aliquot inita Societate certam pecuniaꝝ, aut cuiusvis mercis quantitatem in commune conferant, atque eadem negotientur, velintque subinde lucrum vel damnum inde*

de emergens proportionaliter, seu pro rata cū-  
jusvis collati inter se partiri, methodus, qua  
istuc perficitur, *Regula Societatis* adpellatur, qua  
scilicet cūvis obtingens lucrum aut damnum pro-  
ratione quantitatis, aut temporis, pro quo par-  
tem suam contulit, aut pro ratione utriusque si-  
mul assignatur. Estqne vel *simplex*, si distributio  
fiat solum pro ratione collatorum; vel solum  
pro ratione temporis, pro quo suam quisque  
partem contulit: vel *Composita*, si nimisrum di-  
stributio fiat pro ratione collatorum simul &  
temporum.

E. g. tres fratres elocarunt 10000 Flor.  
primus contulit 5000, secundus 3000, tertius  
2000; lucrati autem sunt 3000 Flor. quantum  
cūvis obtingere debet e communi lucro? Re-  
gula Societas hic opus est simplice: at si po-  
namus quemvis partem suam contulisse pro certo  
tempore, e. g. primum pro 8, secundum pro  
12, tertium pro 15 mensibus adhibenda erit Re-  
gula Societatis *composita*.

*Scholion.* Huc pertinent generatim omnes  
illi casus, in quibus datum aliquod totum in to-  
tidem partes est distribuendum, in quo aliud  
pariter datum totum est divisum, ita ut quemad-  
modum partes unius se habent ad invicem, ita  
partes alterius se habere debeant ad invicem,  
id quod intervenit in quavis Regula Societatis.  
Cum primis hoc pertinent omnes pecuniarum di-  
visiones certa Proportione facienda, tributo-  
rum repartiones, testamentorum executiones,  
debitorum solutiones, prædæ, præmiorum, lu-  
crorum

erorum, damnorum ræræ distributiones, ac innumera alia in vita quotidiana occurentia.

*Quomodo est resolvenda Regula simplex  
Societatis?*

¶. 1) Collata singula in unam summam addita efficiunt primum terminum Proportionis. 2) Summa inter socios partienda est secundus terminus. 3) Collatum cuiusvis est terminus tertius: hinc toties repeti debet Proportio, seu Regula aurea simplex, quot sunt negotiatores, cuius quartus inventus terminus erit cuivis respondens lucrum, damnum, præmium, præda, tributum &c.

Ratio operationis est evidens: nam sicut se habet totum collatum ae totum lucrum, damnum, præmium &c: ita se habent a singulis collatæ partes ad sibi respondens lucrum, damnum, præmium &c. Quodsi partes singulorum additæ efficiant summam toti distribuendo æqualem, indicio erit rite peractæ operationis.

*E X E M P L A.*

1) Quatuor fratres simul elocarunt ad censem 5 pro 100 Florenos 2700; primus dedit 670, secundus 1230, tertius 800; sunt autem lucrati 135 Fl. quantum cuique obvenit? En calculi typum.

$$2700 : 135 = \left\{ \begin{array}{l} 670 : y. \text{ Erit } y = 33 \frac{1350}{2700} \\ 1230 : y. \text{ Erit } y = 61 \frac{1250}{2700} \\ 800 : y. \text{ Erit } y = 40 \end{array} \right\} \text{summa } 135.$$

2) E testamento quodam hæres A jus habet ad Flor. 1200, B ad 160, C ad 720, D ad 360, E ad 240: fuit autem tota hæreditas Flor. 2680, verum deductis funeris expensis, ac piis legatis remanent solum 1840 Flor. distribuendi, quantum cuique obvenit? Hic erit calculi typus.

$$2680 : 1840 = \left\{ \begin{array}{l} 1200 : y \text{ A} \\ 160 : y \text{ B} \\ 720 : y \text{ C} \\ 360 : y \text{ D} \\ 240 : y \text{ E} \end{array} \right.$$

Quodsi portiones hæredum 1200, 160, 720, 360, 240 dividendo per 4, & ubique delendo zcrum reducantur ad minores terminos, erunt eadem in Ratiōne 30, 4, 18, 9, 6, unde statim adparet locum esse compendio: si enim inveniatur sola portio debita hæredi B, quæ erit  $109 \frac{2}{2} \frac{3}{5} \frac{8}{8}$  Fl. ac eidem addatur dimidium sui, habebitur portio debita hæredi E, ex qua eodem modo reperitur portio D, cuius duplum erit portio C, ac denique quintuplum portionis E dabit portionem A. Tali compendio s̄epissime est locus in Regula Societatis.

3) Quatuor contribuentes priore anno a propoꝝ

proportione suarum facultatum solverunt simul  
 79 Fl. & A quidem 10 Fl. 15. Den. seu 1015  
 Den. B 12 Fl. 20 Den. seu 1220 Den. C 24  
 Fl. 45 Den. seu 2445 Den. D 32 Fl. 20 Den.  
 seu 3220 Den. Nunc autem debent solvere 82  
 Fl. quantum cuique erit solvendum? En calculi typum.

$$79: 82 = \left\{ \begin{array}{l} 1015:y. \text{ Erit } y = 1053\frac{4}{7}\frac{3}{9} \text{ Den.} \\ 1220:y. \text{ Erit } y = 1266\frac{2}{7}\frac{6}{9} \text{ Den.} \\ 2445:y. \text{ Erit } y = 2537\frac{6}{7}\frac{7}{9} \text{ Den.} \\ 3220:y. \text{ Erit } y = 3342\frac{2}{7}\frac{2}{9} \text{ Den.} \end{array} \right\} \begin{array}{l} \text{summa} = \\ 8200D. \\ \text{seu 82} \\ \text{Flor.} \end{array}$$

4) Tres vinorum negotiatores miserunt in Silesiam 108 vasorum vini, primus pro hac summa contulit vasa 48, secundus 36, tertius 24: intercepit autem in via hostis 45 vasorum; quantum quisque damni est passus? En calculi typum.

$$108: 45 = \left\{ \begin{array}{l} 48:y. \text{ Erit } y = 20 \\ 36:y. \text{ Erit } y = 15 \\ 24:y. \text{ Erit } y = 10 \end{array} \right\} \begin{array}{l} \text{summa} = 45 \\ \text{vas.} \end{array}$$

5) Quidam reliquit hereditatem 36000 Fl. hac lege, ut filio obveniat pars  $\frac{1}{2}$ , uxori  $\frac{1}{3}$ , filiæ  $\frac{1}{4}$ : quantum obtinget singulis? Fractionibus ad eundem Denominatorem reductis  $\frac{6}{12}$ ,  $\frac{4}{12}$ ,  $\frac{3}{12}$ , ac in unam summam additis sequens erit calculi typus.

$$\frac{1}{2} : \frac{3}{2} : 36000 = \left\{ \begin{array}{l} \frac{6}{12} : y. \text{ Erit } y = 16615 \frac{4}{3} \\ \frac{4}{12} : y. \text{ Erit } y = 11076 \frac{1}{3} \\ \frac{3}{12} : y. \text{ Erit } y = 8307 \frac{9}{3} \end{array} \right\} \begin{array}{l} \text{summa=} \\ \\ 36000 \text{ Fl.} \end{array}$$

*Scholion.* Falleretur vehementer, qui præsentem hæreditatem sic putaret esse distribuendam, ut pars dimidia ex 36000 Fl. nimirum 18000 detur filio, pars tertia 12000 uxori, pars quarta 9000 filiæ; nam hæc partes simul non 36000 sed 39000 efficiunt, adeoque 3000 Fl. desiderarentur ad hoc, ut hæc distributio habeat locum.

6) Dum plateam quampiam ignis corruiisset, detractum est tectum domui cuiusdam cum damno 1500. Fl. quo pacto servatae sunt tres vicinorum ædes, quarum prima valet 5000 Fl. secunda 3420, tertia 6520. Dominus ruinatæ domus fert damni totius tertiam partem seu 500. Fl. reliquum 100 Flor. damnum in tres vicinos est proportionate distribuendum. En calculi typum.

$$\frac{1}{2} : \frac{3}{2} : 1000 = \left\{ \begin{array}{l} 5000 : y. \text{ Erit } y = 334 \frac{1004}{1494} \\ 3420 : y. \text{ Erit } y = 228 \frac{1365}{1494} \\ 6520 : y. \text{ Erit } y = 436 \frac{616}{1494} \end{array} \right\} \begin{array}{l} \text{summa=} \\ \\ 100 \\ \text{Flor.} \end{array}$$

*Quomodo est resolvenda Regula Societatis  
Composita?*

¶. Regula hæc ad priorem reducitur, si quodlibet collatum multiplicetur per sibi adnexam conditionem, uti est tempus, pro quo quævis collatio facta est; deinde instituantur tot Proportiones simplices, quot sunt conferentes ut supra. Sive enim certa pecunia summa elogetur ad 6 menses, sive sextupla summa pro uno mense, idem prorsus est, id quod de annexa quavis alia conditione intelligi debet. Hinc absque errore quodvis collatum potest multiplicari per adnexam conditionem, ac e factis inde enatis una summa collatorum fieri: ita diversitate conditionum sublata Regula composita ad simplicem reducitur, sicuti ostendent Exempla sequentia.

*E X E M P L A.*

1) Duo mercatores inita societate confidunt capitale 1060 Fl. prior contulit 400 pro 6 mensibus, posterior 660 pro 4 mensibus: lucrantur autem 360 Fl. quantum obvenire debet cuique? Collatis per sua tempora multiplicatis erit  $400 \times 6 = 2400$ ,  $660 \times 4 = 2640$ , adeoque summa  $= 5040$ . Sequens ergo erit calculi typus.

$$5040 : 360 = \left\{ \begin{array}{l} 2400 : y. \text{ Erit } y = 171 \frac{2}{7} \\ 2640 : y. \text{ Erit } y = 188 \frac{4}{7} \end{array} \right\} \summa = 360.$$

2) Sumat

2) Sunt in oppido quedam tres incolarum classes, nimirum sessionis integræ sunt 12, mediae 25, quaræ 30, qui omnes simul debent pendere annuum tributum 1800 Fl. hac lege, ut repartitio in tres has incolarum classes fiat in ratione numerorum 10, 7, 5, quantum solvent incolæ cujusvis classis? Multiplicatis incolarum numeris per suas conditiones erit  $12 \times 10 = 120$ ,  $25 \times 7 = 175$ ,  $30 \times 5 = 150$ , & summa = 445, Erit adeo hic calculi typus

$$445 : 1800 = \left\{ \begin{array}{l} 120 : y. \text{ Erit } y = 485 \frac{2}{4} \frac{7}{4} \frac{5}{5} \\ 175 : y. \text{ Erit } y = 707 \frac{3}{4} \frac{8}{4} \frac{5}{5} \\ 150 : y. \text{ Erit } y = 606 \frac{3}{4} \frac{3}{4} \frac{0}{5} \end{array} \right\} \sum \text{summa} = 1800 \text{ Fl.}$$

3) Tres pagi pro structo contra exundationem aggere acceperunt remunerationem 75 Imper. E pago primo laborarunt 20 operæ diebus 15, e secundo 36 diebus 10, e tertio 70 diebus 12: quantum quisque pagus acquirit? - Numeris operarum per suos dies multiplicatis erit  $20 \times 15 = 300$ ,  $36 \times 10 = 360$ ,  $70 \times 12 = 840$ , & summa = 1500. Hinc sequens erit calculi typus

$$1500 : 75 = \left\{ \begin{array}{l} 300 : y. \text{ Erit } y = 15 \\ 360 : y. \text{ Erit } y = 18 \\ 840 : y. \text{ Erit } y = 42 \end{array} \right\} \sum \text{summa} = 75$$

4) Tres coloni conduxerunt certa pascua Florensis 605: primus pavit illic 5 boves per  
L 2 mes-

menses  $4\frac{1}{2}$ , secundus 8 per menses 5, tertius 9 per menses  $6\frac{1}{2}$ : quantum pendet quilibet? Multiplicando numerum boum per numerum mensium correspondentium, erunt facta particulae  $\frac{45}{2}, \frac{80}{2}, \frac{117}{2}$ , & summam  $= \frac{242}{2}$ : hic igitur erit calculi typus

$$\frac{242}{2} : 605 = \left\{ \begin{array}{l} \frac{45}{2} : y \\ \frac{80}{2} : y. \text{ seu } 242 : 605 = \\ \frac{117}{2} : y. \end{array} \right.$$

$$\left\{ \begin{array}{l} 45 : y. \text{ Erit } y = 112\frac{1}{2} \\ 80 : y. \text{ Erit } y = 200 \\ 117 : y. \text{ Erit } y = 292\frac{1}{2} \end{array} \right\} \text{ summa } = 605.$$

5) In quapiam militum turma erant Tribuni 12, Protribuni 26, Centuriones 50, Procenturiones 32, quibus re præclare gesta distribuendi sunt aurei 1810 hac legè, ut si Tribunus acquirat 10, acquirat Protribunus 8, Centurio 6, Procenturio 3. Quantum quisque acquiret? Numeris Præfectorum per numeros adjectorum conditionum multiplicatis erit  $12 \times 10 = 120$ ,  $26 \times 8 = 208$ ,  $50 \times 6 = 300$ ,  $32 \times 3 = 96$ , summa  $= 724$ . Erit ergo sequens calculi typus

$$724 : 1810 = \left\{ \begin{array}{l} 120 : y. \text{ Erity} = 300 ? \\ 208 : y. \text{ Erity} = 520 | \text{ summa} = \\ 300 : y. \text{ Erity} = 750 \} \quad 1810 \\ 96 : y. \text{ Erity} = 240 \} \end{array} \right.$$

$$\text{Hinc acquirat} \left\{ \begin{array}{l} 1 \text{ Tribun. } 25 \text{ aur.} \\ 1 \text{ Protrib. } 20 \\ 1 \text{ Centur. } 15 \\ 1 \text{ Procent. } 7 \frac{1}{2} \end{array} \right.$$

## §. 2.

*De Regula Alligationis.*

*Quid est Regula Alligationis?*

**R.** *Regula Alligationis* est methodus, quæ examinat varias miscibilum & mixti Proportiones, seu inter se relationes, unde & *Regula mixtionis* solet vocari. Habet autem præclaros usus in manufacturis, in re penaria, cellaria, œconomica &c. Porro quæstiones omnes ope hujus Regulæ resolvendæ ad hæc potissimum revocantur capita.

1) Si data quantitate, & pretio miscibilum quæratur pretium medium mixti.

2) Si data Proportione, in qua partes misceri debent, & data qnantitye mixti, quæratur quantitas miscibilium.

3) Si dato pretio medio mixti, & pretio miscibilium, quæratur quantitas miscibilium.

4) Si dato pretio miscibilium, & pretio totali

totali atque quantitate mixti, quæratur quantitas miscibilium.

*Scholion.* Pretium totale mixti adpellatur, quod tota massa mixti valet. Pretium vero medium mixti illud est, quod valet determinata mixti quantitas. E. g. si e binis vini speciebus, quarum unius urna valeat Flor. 9, alterius 5, permissione confieri debeant urnæ 20, quarum quævis valeat Flor. 7, pretium totale erit  $20 \times 7 = 140$ ; pretium vero medium unius urnæ erit 7. Pretium hoc adpellatur medium, quia semper debet esse medium quiddam inter pretia miscibilium: neque enim fieri potest, ut e memoratis duabus vini speciebus inter se permittis prodeat vinum, cuius urna constet vel 4 vel 10 Flor. ut per se patet.

*Quomodo reperitur pretium medium mixti, data quantitate, & pretio miscibilium?*

*R.* 1) Cujusvis miscibilis quantitas multiplicetur per suum pretium, nascentur totidem facta, quot sunt miscibilia. 2) Facta hæc addantur in unam summam, quantitates item miscibilium in unam: erit in Proportionibus instituendis summa quantitatuum miscibilium terminus primus, summa priorum earundem terminus secundus, pars una miscibilis terminus tertius, ac terminus quartus erit pretium eidem parti respondens. Evidens enim est quamlibet mixti partem

tem sic se habere ad pretium sibi respondens, si-  
ent se habet totum mixtum ad totum suum pre-  
tiū.

### E X E M P L A.

1) Caupo quidam commiscuit 10 urnas vi-  
ni, quarum quævis valet 8 Flor. cum 12 ur-  
nis alterius, quartum quævis valet 6 Fl. & cum  
8 urnis tertii, quarum quævis valet 5 Fl. quæ-  
rit, quantumnam valeat una urna mixta. Mul-  
tiplicando 10 per 8, 12 per 6, & 8 per 5, erit  
summa factorum seu pretium totale mixti = 192,  
summa vero urnarum commixtarum = 30: ea  
igitur calculi typum 30: 192 = 1: y, eritque y =  
 $6\frac{2}{5}$  Fl. seu 6 Fl. 24. cruc. Pretium rite inven-  
tum esse patet, cum sit  $30 \times 6\frac{2}{5} = 192$ .

2) Ad fundendum quoddam tormentum opus  
est metallis quatuor, & quidem e primo summi  
debent 26 centenarii per 24 Flor. ex secundo  
36 per 40. Fl. e tertio 24 per 30 Fl. e quarto  
14 per 19 Fl. quanti veniet unus tormenti cen-  
tenarius? Metallorum quantitatibus per sua pre-  
zia multiplicatis habebitur pretium totale mixti  
2810 Fl. quare additis metallorum miscendorum  
quantitatibus erit 90: 2810 = 1: y, unde y =  
 $31\frac{2}{9}$  Fl. Et sane  $90 \times 31\frac{2}{9} = 2810$ .

3) Quidam permisceret 20 modios farinæ,  
cujus modius valet 22 Gross. cum 12 alterius  
modiis, quorum quivis valet 16 Gross. quærit,  
quan-

quantumnam valeat modius farinæ mixtæ. Multiplicando 20 per 22, ac 12 per 16, erit pretium totale farinæ mixtæ = 632 Gross. quare cum summa modiorum miscendorum sit = 32 modiis, erit 32: 632 = 1: y, unde  $y = 19\frac{3}{4}$  Gross. Et certe  $32 \times 19\frac{3}{4} = 632$ .

*Quomodo inveniuntur quantitates miscibilium, data Proportione, in qua misceri debent, & data quantitate mixti?*

¶. Resolutio hujusmodi quæstionum fit ope Societatis Regulæ: nimirum partes proportionales miscendorum spectari possunt simul summae iustar lucri, uti elucebit e sequentibus Exemplis.

### E X E M P L A.

1) Fundenda est campana 50 centnar. quam ingredi debent cuprum, stannum, & vetus metallum in Proportione 100, 25, 10: quantum erit e quovis summendum? Summa partium proportionalium  $100 + 25 + 10$  est = 135, quæ sic se habet ad veram summam 50, sicut quævis pars proportionalis ad veram partem. En calculi typum

$$\left. \begin{array}{l} \left. \begin{array}{l} 100: y. \text{ Erit } y = 37\frac{9}{135} \end{array} \right\} \\ 135: 50 = \left. \begin{array}{l} 25: y. \text{ Erit } y = 9\frac{3}{135} \\ 10: y. \text{ Erit } y = 3\frac{9}{135} \end{array} \right\} \end{array} \right\} \text{summa } = 50 \text{ cent.}$$

2) Pro

2) Pro pulvere pyrio conficiendo sumi debent e nitro  $\frac{2}{3}$  seu  $\frac{1}{2} \frac{6}{4}$ , e carbone  $\frac{1}{3} - \frac{1}{8}$  seu  $\frac{5}{8} \frac{1}{4}$ , e sulfure  $\frac{1}{8}$  seu  $\frac{3}{2} \frac{1}{4}$ : quantum erit e quovis summendum ad conficiendos hujas pulveris 50 centarios? Cum summa partium proportionalium sit  $\frac{2}{3} \frac{4}{4}$ , sequens erit calculi typus

$$\begin{aligned} \frac{\frac{2}{3} \frac{4}{4}}{\frac{2}{3} \frac{4}{4}} : 50 = & \left\{ \begin{array}{l} \frac{1}{2} \frac{6}{4} : y \\ \frac{5}{2} \frac{1}{4}; \text{ seu } 24 : 50 = \\ \frac{3}{2} \frac{1}{4} : y \end{array} \right. \\ \left\{ \begin{array}{l} 16 : y \text{ Erit } y = 33 \frac{3}{4} \\ 5 : y \text{ Erit } y = 10 \frac{1}{2} \frac{1}{4} \\ 3 : y \text{ Erit } y = 6 \frac{6}{2} \frac{1}{4} \end{array} \right. \right\} & \text{summa} = 50 \text{ cent.} \end{aligned}$$

*Quomodo reperitur quantitas miscibilium, dato pretio medio mixti, & pretio miscibilium?*

¶. Scribantur pretia miscibilium infra se invicem, interserto pretio medio mixti, & siquidem duo tantum fuerint miscibilia, tollatur pretium medium a pretio miscibilis nobilioris, & differentia scribatur e regione pretii vilioris. Similiter tollatur pretium vilioris e pretio medio, & differentia scribatur e regione pretii nobilio-

ris: differentia superior indicabit quantitatem sumendam e nobiliori, inferior quantitatem sumendam e viliori. Ratio operationis patebit in Exemplo primo.

### EXEMPLA.

1) Urna vini nobilioris constat 10 Fl. vilioris 5 Fl. urna ex utroque mixti constare debet 8 Fl. quantum ex utroque sumendum? Scribantur pretia, & differentiae hoc modo

$$\begin{array}{r} 10 \\ | \\ 8 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{sumendae} \\ \text{igitur erunt} \end{array} = 3$$

$$\begin{array}{r} 5 \\ | \\ 5 \end{array} \quad 10 - 8 = 2$$

vini nobiliore urnæ 3, e viliore 2, eritque totum mixtum urnarum 5, & pretium ejus totale erit  $3 \times 10 + 2 \times 5 = 40$  Fl. & hinc pretium unius urnæ erit  $\frac{40}{5} = 8$ . Flor.

Ratio hujus & similiūm operationum est; quia sumendo e nobiliore urnas 3, excessus pretii nimirum 2 Flor. ter accipiuntur: & sumendo e viliore urnas 2, defectus pretii a pretio medio nimirum 3 Flor. bis accipiuntur: adeoque erit excessus  $2 \times 3$ , & defectus  $3 \times 2$ , hoc est excessus pretii supra medium æquatur defectui a medio, & hinc pretium medium manet idem. Eodem modo ostenditur in quibusvis aliis Exemplis tam excessum, quam defectum semper æquari factō memoratarum differentiarum, ac proinde æquari inter se.

Si jam nos 5 sed e. g. 65 urnæ petantur vini mixti, additis differentiis fiat  $5: 3 = 65: y$  erit  $y = 39$  urnis sumendis e vino nobiliore. Rursus  $5: 2 = 65: y$ , erit  $y = 26$  urnis sumendis e viliore. Et sane  $36 + 26 = 65$  urn. Item  $39 \times 10 + 26 \times 5 = 520$  Fl. seu pretio totali mixti, unde pretium medium unius urnæ erit  $\frac{520}{65} = 8$  Flor.

2) Urna viui cuiusdam constat 9 Fl. misceri autem debet cum aqua ita, ut pretium unius urnæ vini mixti valeat 6 Fl. quantum erit aquæ admisceendum? Cum pretium aquæ nullum sit, hoc modo scribantur pretia & differentia  $9 | 6 - 0 = 6$   
ferentia 6 | quare si ex vino sumantur 6 urnæ, ex aqua sumi debebunt 3, eritque pretium totale mixti  $6 \times 9 = 54$ , ac proinde pretium medium unius urnæ erit  $\frac{54}{9} = 6$  Fl. Quodsi non 9, sed quotcunque, e. g. 30 urnæ petantur mixti, fiat  $9: 30 = 6: y$ , ac  $y = 10$  urn. ex aqua sumendis: & tunc pretium totale mixti erit  $20 \times 9 = 180$  Fl. quod dividendo per 30 habebitur pretium medium unius urnæ 6, quod scilicet in ipsa quæstione statuebatur.

3) Duæ tritici species, quarum unius radios constat 15, alterius 10 Groß. ita permittæ sunt, ut predeant 20 modii, quorum

valeat 13 Gross. quantum e quavis specie erit sumendum? En calculi typum

$$\begin{array}{r} 15 \\ \times 3 \\ \hline 45 \\ 10 \\ \hline 5 \end{array} : 3 = 20 : y. \text{ Erit } y = 12 \text{ e trit. Nobis}$$

$$\begin{array}{r} 10 \\ \times 2 \\ \hline 20 \\ 5 \\ \hline 10 \end{array} : 3 = 20 : y. \text{ Erit } y = 8 \text{ e trit. vil.}$$

*Quid agendum, si plura, quam duo occurrant miscibilia?*

R. Methodus omnium brevissima est sequens. E. pretiis datum pretium medium superantibus, item e pretiis a dato medio deficiensibus, si plura adsumuntur, queratur pretium medium, addendo scilicet ea pretia, & summam dividendo per 2; cum his pretiis mediis fiat operatio ut supra: adscriptæ e regione differentiæ ostendent, quantum sumi debeat e nobilioribus simul, & quantum e vilioribus simul. Res cluebit clarius e sequentibus Exemplis.

### E X E M P L A.

1) Uraa unius vini constat Fl. 11, alterius 6, tertii 4: vina hæc ita permiscenda sunt, ut habeantur 30 urnæ, quarum quævis valeat 8 Fl. quantum e quolibet debet accipi? Cum adsumint duo pretia nempe 6 & 4 pretio medio inferiora, summa eorumdem 10 per 2 divisa dabit pretium medium 5, quod ab 8 subtractum relinquat differentiam 3 scribendam e regione 11 similiter 8 ex 11 subtractum relinquat differentiam 13 scribendam e regione 6 & 4: unde si e vino meliore sumantur 3 urnæ, ex utroque viliore simul itidem 3, hæc est e quo.

quolibet  $\frac{8}{2}$ , urnas mixti valebit 8 Fl. En calculi typum.

$$\begin{array}{c} 11 \\ 8 \\ 6 \\ \{ \\ 5 \\ 4 \\ \} \end{array} \left| \begin{array}{l} 8 - 5 = 3 \\ 11 - 8 = 3 \\ \quad \quad \quad \text{unde} \end{array} \right.$$

$6: 30: = 3:y: Erit y = 15$  urn. e nobil.

$6: 3 = \frac{3}{2}:y: Erit y = 7\frac{1}{2}$  e quovis viliori

*Scholion.* Siquis nolit ex utroque eandem quantitatem sumere, sed velit e. g. e vino 4 Fl. duplo plus accipere, quam e vino 6 Fl. antequam medium pretium quærat inter 6 & 4, debet primum 4 duplicare, ut sint 8 Fl. & tunc pretia duarum urnarum unius, & unius uræ alterius simul efficiant  $8 + 6 = 14$  Fl. quibus per numerum urnarum 3 divisis pretium medium erit

$4\frac{2}{3}$  Fl. quod ipsum etiam eruitur, si inter 4, 4, & 6 quæratur medium, dividendo scilicet  $4 + 4 + 6$  per 3. Calculi reliqui types hic erit

$$\begin{array}{c} 11 \\ 8 \\ 6 \\ \{ \\ 4 \\ \} \end{array} \left| \begin{array}{l} 3\frac{1}{3} \\ 3 \\ \text{seu} \\ 3 \\ 4\frac{2}{3} \\ \} \end{array} \right. \begin{array}{c} 10 \\ \text{hinc} \\ 9 \end{array}$$

$$\begin{array}{l}
 29:30=10:y. \text{ Erity} = 15\frac{5}{9} \\
 19:30=6:y. \text{ Erity} = 9\frac{9}{19} \\
 17:30=3:y. \text{ Erity} = 4\frac{1}{4} \\
 \end{array}
 \left. \begin{array}{l} \\ \\ \end{array} \right\} \text{summa} = 30 \text{ ur.}$$

Misceri debent 5 species mercis cujuscentenarius ex A valet 18 Fl. ex B 16, ex C 17, ex D 5, ex E 2: mixti vero centenaalere debet 8 Fl. quantum e quovis erit exigendum? Dividendo summam pretiorum per numeros eorundem, seu  $18+16$  per 2, &  $7+5+2$  per 3, pretie media erunt  $17 \frac{2}{3}$ . quare differentiae a pretio medio sunt  $8 - 4\frac{2}{3} = 3\frac{1}{3}$ , &  $17 - 8 = 9$ , seu in numeris integris ut 10 & 27: hinc e vinis nobilioribus singulis sunt sumendae urenæ 5, e vilioribus singulis 9. En calculi typum

28	17	$8 - 4\frac{2}{3} = 3\frac{1}{3}$	10
16		seu	
8	27	$27 - 8 = 9$	27
7			
5	4 $\frac{2}{4}$		
2			

Quantitates miscibilium rite esse inventas patet: nam quantitas totius mixti erunt  $10+27 = 37$  urenæ, pretium ejusdem totale  $5 \times 18 +$

$5 \times 16 + 9 \times 7 + 9 \times 5 + 9 \times 2 = 296$  Fl. hinc  
 pretium medium unius urnæ =  $\frac{296}{37} = 8$  sicuti  
 petebatur.

*Quomodo reperitur quantitas miscibilium,  
 dato pretio eorundem, & pretio to-  
 tali & quantitate mixti?*

¶. Si pretium totale mixti dividatur per  
 quantitatatem ejusdem, habebitur pretium medi-  
 um mixti: cetera peragantur juxta hactenus  
 dicta.

### E X E M P L O.

i) E lana constante Fl. 4480 debet conficie  
 merx 56 centen lanæ A centenarius valet 64 Fl.  
 lanæ B 85, lanæ C 93, lanæ D 72; quantum  
 erit e quavis lanæ speie accipiendum? Ut ob-  
 tineatur pretium medium unius centenarii mer-  
 cis, debet pretium totale 4480 dividi per 56,  
 prodibit pretium medium 80 Fl. & hic erit cal-  
 culi typus

85 ?	80 - 68 = 12
> 89	
93 ?	
80	unde
64 ?	89 - 80 = 9
> 68	
72 ?	

$21: 56 = 12: y$ . Erity  $= 32$ , hoc est, ex quovis nobiliore sumi debent 16 cent.

$21: 56 = 9: y$ . Erit  $y = 24$ , hoc est, ex quovis viliore sumi debent 12 cent.

Et sane  $16 \times 85 + 16 \times 93 + 12 \times 64 + 12 \times 72 = 4480$  Fi.

2) Campana quædam constare debet 2000 Fl. & ponderare 60 cent. Metalli A centenarius constat 40 Fl. metalli B 24, metalli C 30: quantum erit ex unoquoque metallo sumendum? Pretio totali 2000 Fl. per 60 diviso obtinetur pretium medium unius cent. mixti  $33\frac{1}{3}$  Fl. unde typus calculi hic erit

40	$33\frac{1}{3} - 27 = 6\frac{2}{3}$	19
$33\frac{1}{3}$		seu unde
30?	$40 - 33\frac{1}{3} = 6\frac{2}{3}$	20
24		

$39: 60 = 19: y$ . Erity  $= 29\frac{3}{4}$  cent. sumend. ex nobil.

$39: 60 = 20: y$ . Erity  $= 30\frac{1}{3}$  cent. ex utroque vilior, simul.

Unde ex quovis viliore sumi debent  $15\frac{5}{12}$  cent.

Et sane  $29\frac{3}{4} \times 40 + 15\frac{5}{12} \times 30 + 15\frac{5}{12} \times 24 = 2000$ .

*Scholion.* Reliqui Alligationum casus, uti & Regulæ Falsi commodius resolvuntur ope Algebrae; ad quam proinde cetera hic prætermissa reservamus.

### §. 3.

#### *De Regula Permutationis.*

*Quid venit nomine Regulæ Permutationis?*

R. Methodus, qua inquiritur æqualitas pretii rerum inter se permutandarum, vocatur *Regula Permutationis*. E. g. Si quis lanam permutare vellet panno, inquirere deberet in æqualitatem pretiorum lanæ & panni cum eadem permutandi, seu indagare, quotnam ulnæ panni idem premium habeant cum lanæ centenariis panno permutandis.

*Quomodo est resolvenda Regula Permutationis?*

R. 1) Ope Regulæ aureæ investigetur totum rei permutandæ premium. Ope inventi pretii & Regulæ aureæ inquiratur quantitas mercis, quacum facienda premutatio est, idem accurate premium exæquans. Maxime vulgares casus Exemplis sequentibus complectemur.

#### *E X E M P L A.*

1) Mercator quidam Sachari, cuius centesimæ Arithmetica. M narius

narius valet 66 Fl. vult 2 cent. 3 libras, & 8 semiuncias permutare panno, cuius ulna valet 3 Fl. quot ulnas debet ex panno acquirere? Imprimis indagetur ope Regulæ aureæ totum premium Sachari permutandi dicendo: 1 cent. valet 66 Flor. quantum valebunt 2 cent. 3. lib. 8 semiunc.? reperietur pretium  $134\frac{2}{2}\frac{9}{10}$  Fl. Deinde ope ejusdem Regulæ inferatur: 3 Flor. venit una panni permutandi ulna, quot ergo ulnæ venient Flor.  $134\frac{2}{2}\frac{9}{10}$ ? reperientur ulnæ dandæ pro memorato Sacharo  $44\frac{143}{200}$ , eritque pretium memorati Sachari æquale pretio tot ulnarum panni.

2) Quidam 40 vini urnas, quarum quævis valet 5 Fl. vult permutare cum materia, cuius ulna venit 16 Grossis: quot ulnas debet acquirere e dicta materia? Quæratur primum premium 40 urnarum vini dicendo: 1 urna valet 5 Fl. seu 100 Grossi. quantum valebunt 40? reperientur 4000 Grossi. Deinde inferatur 16 Grossis venit una ulna memoratæ materiæ: quot ulnæ veniunt 4000 Grossi. Prodibunt ulnæ 250. Et sane  $40 \times 100 = 250 \times 16$ .

3) Accepit quidam tritici modios 12, quorum quilibet valebat 30 Grossos: vult eosdem avena exsolvere, cuius modius venit 12 Grossi. quantum debet avenæ dare? inferatur: 1 tritici modius constabat 30 Grossi. quanti constabant 12? reperientur 360 Grossi. Inferatur denuo 12 Grossis venit unus avenæ modius, quot veniente

nient Grossis 360? Prodibunt modii 30, erit-  
que  $12 \times 30 = 30 \times 12$ .

4) Petit quidam, ut pro 350 ovibus, qua-  
rum quævis valet 1 Fl. 16 Gross. pars tertia  
sibi solvatur pecunia, reliquum porcis, quorum  
quilibet æstimatur 3 Fl. 15 Gross: quot erunt  
dandi porci? Methodo toties jam repetita inve-  
nitur pretium omnium ovium 12600 Gross. cu-  
jus tertia pars ære parato solvenda sunt 4200  
Gross. & hinc porcis exolvendi restant Grossi  
 $8400$ . Cum ergo 1 porcus valeat 3 Fl. 15 Gross.  
seu 75 Gross. fiat 75: 1 = 8400: y, erit  $y =$   
 $112$  porc. Et certe  $350 \times 36 = 112 \times 75 + 4200$ .

5) Vult quidam 20 lanæ saccos cum tela  
permutare. Pretium forense sacci lanæ sunt 32  
Fl. at in contractu permutationis elevat idem ad  
36: tele volumen valet 6. Fl. quot volumina  
telæ venient pro lana illa? In hujusmodi Exem-  
plis ante omnia videndum est, quantum debeat  
elevari pretium telæ, ut proportionatum adda-  
tur pretio elevato lanæ, id quod obtinebitur in-  
ferendo  $32: 36 = 6: y$ , erit  $y = 6 \frac{3}{4}$  Fl. preti-  
um elevatum unius voluminis. Porro 20 lanæ  
sacci computando saccum per 36 Fl. valent 720  
Fl. fiat ergo  $6 \frac{3}{4}: 1 = 720: y$ , erit  $y = 106 \frac{2}{3}$   
volum.

6) Quidam  $12 \frac{1}{2}$  vascula Tokaini vini,  
quorum quodvis valet  $53 \frac{1}{3}$  Fl. vult hac lege  
permutare, ut pro  $\frac{1}{4}$  pretii accipiat Caffé, eu-

jus centen. valet  $26\frac{2}{3}$  Fl. pro  $\frac{1}{4}$  triticum, cuius modius venit  $20\frac{1}{4}$  Gross. pro  $\frac{1}{4}$  vetus argentum, cuius semiuncia constat 12 Gross. Reliquum vult solvi ære parato. Imprimis pretium totius vini est  $12\frac{1}{2} \times 53\frac{1}{3} = \frac{400}{6}$  Flor. cuius  $\frac{1}{4}$  est  $= 166\frac{2}{3}$  Fl. Iam methodo in superioribus Exemplis adhibita quæratur primum, quot centenarii Caffé veniant Florensis  $166\frac{2}{3}$  & reperientur 6 cent. 25 libræ. Similiter reperientur tritici modii, & argenti semiunciae.

#### §. 4.

#### *De Calculo Censuum simplici.*

*Quid intelligitur per Calculum Censuum?*

¶. *Calculus Censuum* significat methodum, qua in calculum vocantur variæ relationes intercedentes inter elocata capitalia, elocationum tempora, & census inde redcuentes. Plerumque autem notus supponitur esse in hoc calculo census seu Interesse annum 100 Florenorum, quod interdum est 6, crebrius 5 aut 4 Fl.

*Quotuplex est censum calculus?*

¶. Duplex, alias est *simplex*, alias *compositus*, qui speciatim *Anatocismus* appellatur. Simple

plice calculo soli directi census elocatis principio capitalibus respondentes examinantur, ut si quæras, quantum censum inferat per 8 annos capitale quoddam ad censum 5 pro 100 elocatum. Anatocismo contra non census modo ipsi elocato capitali respondentes, sed simul etiam census ipsi censui, qui capitali quotannis accrevit, conveniens investigatur, ut si quæratur summa, quam debitor, qui pro 4 annis levavit mutuos 1500 Fl. reddere debet non solum cum censu 4 annorum, sed etiam cum ipso censu census capitali quotannis accrescentis.

*Qui occurrunt casus frequentius in simplici censuum calculo?*

¶. Tres sequentes. Vel enim 1) dato censu annuo pro 100, quæritur census dato capitali dato tempore respondens. Vel 2) dato capitali & censu eidem respondente, quæritur tempus elocati capitalis, aut census annuus pro 100. Vel 3) dato censu annuo pro 100, ac censu capitali respondente pro dato tempore, quæritur ipsum capitale. Casus hos jam ordine resolvemus.

*Quomodo invenitur census dato capitali dato tempore respondens, si notus sit census annuus pro 100?*

¶. Ope Regulae aureæ, cum constet capita-  
lia una cum elocationum tempore esse censui  
M 3 proporc-

proportionalia. Regula porro aurea vel simplex erit, vel composita, prout elocationum tempora, & census annuus pro 100 utrinque eadem, aut diversa fuerit, quemadmodum patebit e sequentibus Exemplis.

### *E X E M P L A.*

1) Quantum censum ferunt Floreni 8500 intra 1 annum, computando 5 pro 100? Sta.  
 $\text{Flor.} \quad \text{Flor.} \quad \text{Cens.} \quad \text{Cens.}$   
 bit hæc Proportio  $100 : 8500 = 5 : y$ ,  
 seu  $1 : 85 = 5 : y$ , eritque  $y = 425$ . *Flor.*

2) Quantum ferunt censum Floreni 4586 intra 4 menses, computando 6 pro 100? Cum hic occurrat diversitas temporum, utendum sit Regula aurea composita, quæ triplici, ut diximus, methodo potest resolvi, nos secundam adhibebimus: hinc capitalibus per sua tempora  
 $\text{Cap.} \quad \text{Cap.} \quad \text{Cens.} \quad \text{Cens.}$   
 multiplicatis erit  $1200 : 18344 = 6 : y$ ,  
 seu  $200 : 18344 = 1 : y$ , unde  $y = 91$  *Fl.* 72 *Denar.*

3) Floreni 200 intra  $1\frac{1}{2}$  annum dant cen-  
 sum 16 *Fl.* quantum dabunt 150 intra 8 menses,  
 stante eodem censu annuo pro 100? Rursum propter temporum diversitatem regula aurea est composita, quam resolvemus methodo ter-  
 tia pro  $1\frac{1}{2}$  anno ponendo 18 menses; sic ergo  
 $\text{stabunt}$

	<i>Cap.</i>	<i>Mens.</i>	<i>Cens.</i>	
stabunt termini	200,	18,	16	unde $y =$
	150,	8,	9,	
$\frac{16 \times 250 \times 8}{200 \times 18} = 5$	<i>Flor.</i>	20	<i>cruc.</i>	

4) Posito censu annuo 4 pro 100, quantum censum inferunt 100 Floreni per 1 mensem?

Cum sit Regula aurea simplex, erit 12: 1  
*Mens. Mens.*  
*Cent. Cens.*

$\approx 4: y$ , unde  $y = \frac{1}{3}$  Flor. Eodem modo si census annuus pro 100 sit 5 vel 6 Fl. repetitur  $y = \frac{5}{12}$  vel  $\approx \frac{1}{2}$  Fl. Similiter computari potest census etiam pro 1 die.

5) Si census annuus sit  $\frac{1}{2}$  Fl. pro 100, quantum inferunt 100 Fl. per 1 mensem? Po-

*Mens. Mens.*  
 nendo pro  $\frac{1}{2}$  Fl. Denarios 50, erit 12: 1  
*Cent. Cens.*

$\approx 50: y$ , unde  $y = 4\frac{1}{6}$  Denar.

*Scholion.* E resolutione horum Exemplorum non erit arduum confidere Tabellas censuum multo accuratiiores, quam vulgo prestat soleant in Calendariis.

Quomodo iuvenitur tempus elocati capitatis, aut census annuus pro 100, dato capitali, & censu eidem respondente?

q. De quo per Regulam auream vel simplicem, vel compositam, quemadmodum ostendunt Exempla sequentia.

### E X E M P L A.

1) Quamdiu debet jacere capitale aliquod ad centum annum 5 pro 100, ut tantum inferat censem, quantum idem inferret per 10 annos elocatum ad 6 pro 100? Cum tanto longiore tempore jacere debeat capitale, quanto minor est census annuus 5 quam 6 Flor. sic  
*Cent. Cens. Ann. Ann.*  
 stabant termini 5: 6 = 10: y, unde y = 12 ann.

2) Quanto tempore inferunt 1000 Fl. eundem censem, quem inferunt  $650\frac{1}{2}$  intra 8 annos & 7 menses? Annis 8 & mensibus 7 redactis ad menses 103, cum tanto brevius sit tempus, quo idem census infertur, quanto  
*Cap. Cap. Mens.*  
 majus est capitale, erit  $1000: 650\frac{1}{2} = 103:$   
*Mens.*  
 $y$ , seu  $2000: 1301 = 103: y$ , unde  $y = 67\frac{3}{2000}$  mens. seu 5 ann.  $7\frac{3}{2000}$  mens.

3) Supposito censu annuo 5 pro 100, quanto tempore inferent 3000 Fl. censum 150 Fl.? Cum hic adhibenda sit Regula aurea composita, termini per methodum tertiam sic scri-

*Cap. Ann. Cens.*

100, 1, 5

$$\begin{array}{rcl} \text{bantur} & & \text{vnde } y = 150 \times 100 \times 2 \\ 3000 \quad y, \quad 150 & & \hline \\ & & 5 \times 3000 \\ 15000 & & \\ \hline \\ = \frac{15000}{15000} & = 1 \text{ ann.} & \end{array}$$

4) Floreni 8520 intra 8 menses intulere censum 340 Fl. 16. Grossus quantus fuit census annuus pro 100? Adparet Regulam auream esse compositam, hinc pro 1 anno ponendo 12 menses, multiplicentur per methodum secundam capitaria per suos menses, eritque  $8520 \times 8 : 100 \times 12 = 340 \frac{4}{5}$  Fl. :  $y$ , seu reducendo Fractio-

*Cap. Cap. Cens. Cens.*

$$\text{rem impuram } 68160 : 1200 = \frac{1704}{5} : y, \\ \text{eritque } y = 6 \text{ Flor.}$$

5) Capitale quoddam elocatum ad censum 6 pro 100 attulit certo tempore censum 39 Flor. Aliud æquale capitale intra idem tempus fert censum  $32 \frac{1}{2}$  Flor. quantus est census ejusdem annibus pro 100? Cum paribus capitibus & temporibus census anni pro 100 sint

M 5

ut

Flor. Flor.

ut census capitalium illati, erit  $39 : 32\frac{1}{2}$

Cent. Cent.

$\approx 6 : y$ , seu  $13 : \frac{65}{2} \approx 2 : y$ , unde  $y = 5$  Fl.

*Quomodo invenitur Capitale, dato censu annuo pro 100, ac dato censu capitali pro dato tempore respondente?*

R. Ex iisdem plane principiis, sicuti ostendunt Exempla sequentia.

### E X E M P L A.

1) Quidam e suo capitali elocato ad censum 5 pro 100 trahit censum annum 1268 Fl. quantum est illud capitale? Cum paribus temporibus census sunt ut ipsa capitalia, erit

Cens. Cens. Cap. Cap.

$$5 : 1268 \approx 100 : y, \text{ seu } 1 : 1268 \approx 20 : y, \text{ unde } y = 25360 \text{ Flor.}$$

2) Quidam intra 9 menses e capitali ad censum 4 pro 100 elocato percepit censum  $172\frac{1}{2}$  Flor. quantum fuit ipsum capitale? Cum ob temporum diversitatem Regula aurea sit composita, Fractionem reducendo ad puram

Cap. Mens. Cens.

$$\text{erit per methodum tertiam } 100, 12, 4 \\ y, 9, \frac{345}{2}$$

unde  $y = \frac{345 \times 100 \times 12}{2 \times 4 \times 9} = 5750$  Flor.

3) Quidam capitale ad 5 pro 100 elocatum repetit post 1 annum, recepitque capitale una cum censu in Florenis 8820: quantum erat ipsum capitale? Cum 100 Fl. anno evoluto una cum suo censu efficiant 105 Fl. fiat  $105 : 100 = 8820 : y$ , seu  $21 : 20 = 8820 : y$ , erit  $y = 8400$  Fl.

### S. 5.

#### *De Calculo censuum composito, seu de Regula Anatocismi.*

*Quomodo est calculandus Anatocismus?*

R. Dum censum census calculatur, patet censum anno primo cadentem spectari tanquam partem capitali accrescentem, cui proinde secundo anno una cum ipso capitali census respondet. Rursus census anno secundo cadens accrescit capitali, cui anno tertio una cum capitali, & prioris anni censu respondet census, & sic porro. Res autem hoc modo calculatur.

1) Sit census annuus 5 pro 100, & detur capitale 10000000 Fl. cum 100 Fl. anno primo finito evadant 105 stabit hæc Propor-tio  $100 : 105 : = 10000000 : y$ , eritque  $y = 10000000 \times 105$ ,

---

ubi præter capitale jam  
100  
continetur etiam census anni primi.

2) Cum census anni primi una cum capitali anno secundo rursus ferat censum capitali accres-

accrescentem, erit pro anno secundo 100 :  
 $10000000 \times 105$

$105 = \frac{10000000 \times 105}{100}$ : y, unde y =

$\frac{10000000 \times 105 \times 105}{100 \times 100}$ , ubi præter capitale

ipsum continetur census anni primi & secundi,  
una cum censu census anni primi.

3) Ut ergo ultra inveniatur capitale cum  
censu annorum trium, & censu census, erit

$$10000000 \times 105 \times 105$$

$100: 105 = \frac{10000000 \times 105 \times 105}{100 \times 100}$ :

$y, \text{ unde } y = \frac{10000000 \times 105 \times 105}{100 \times 100 \times 100}$

& sic deinceps. Ubi adparet capitale datis quot-  
cunque annis una cum censu, & censu censu  
repondens constare e dato capitali toties ducto  
in 105, & diviso per 100, toties multiplicatio-  
ne repetito, quot sunt anni dati. Tali calculan-  
di genere confecta est Tabella sequens perducta  
usque ad annos 20, cujus ope molestissima hæc  
calculandi ratio, maxime cum plures assignantur  
anni, plurimum sublevatur, sicuti adparebit  
in sequentibus.

Tabella Anatecifini pro Capitali 10000000 Fl.

Anni.	INTERESSE		
	per 4 pro 100	per 5 pro 100	per 6 pro 100
1	10400000	10500000	10600000
2	10816000	11025000	11236000
3	11248640	11576250	11910160
4	11698586	12155062	12624769
5	12166529	12762815	13382255
6	12653190	13400956	14185191
7	13159318	14071004	15036302
8	13685691	14774554	15938480
9	14233119	15513282	16894729
10	14802444	16288946	17908477
11	15394542	17103393	18982985
12	16016324	17958503	20121964
13	16650737	18856491	21329282
14	17316766	19799316	22609039
15	18009437	20789282	23965582
16	18729814	21828746	25403516
17	19479004	22920183	26927727
18	20258167	24066192	28543391
19	21068494	25269502	30355995
20	21911234	26532977	32071354

Quis

## Quis est Tabellæ usus?

¶. Inquirantur in prima columnâ anni, pro quibus capitale censu, ac censum censu auctum quæritur, & numerus iisdem sub dato interesse 4, 5, aut 6 correspondens excerpatur: deinde instituatur hæc Proportio: ut capitale 10000000 ad capitale in Tabella datis annis respondens, ita capitale datum ad quæsumum.

### E X E M P L A.

1) Tutor per annos 8 sibi usurpavit etiama pupilli 3600 Fl. damnatur ad reddendum capitale una cum 8 annorum censu, & censuum censu, computando 5 pro 100: quantum debet reddere? Excerpatur numerus annis 8 infra 5 pro 100 in Tabella respondens 14774554, & fiat hæc Proportio: 10000000: 14774554 = 3600: y, seu 100000: 14774554 = 36: y, erit y = 5318  $\frac{63944}{100000} = 5318$  Flor. 85 Denar. proxime.

2) Quidam ex ærario publico, quod administravit, subduxit Florenos 23152, ac post 3 annos deprehensus cogitur reddere furtum una cum censu, & censuum censu, computando 5 pro 100: quantum debet reddere? Fiat 10000000: 11576250 = 23152: y, erit y = 26301 Flor. 33 Den. prox.

3) Quidam elocatis 500 Flor. ad censum 6 pro 100 cupit scire, quantum sit recepturus post annos 4 una cum censu, & censuum censu.  
Fiat

Fiat  $10000000 : 12624769 = 500 : y$ , seu  
 $20000 : 12624769 = 1 : y$ , erit  $y = 631$  Flor.  
 23 Den. prox.

4) Praefectus quidam bonorum profugis  
 cum cassa 6000 Fl. post annos 10 retractus co-  
 gitur sarcire damnum una cum censu, & censu-  
 um censu per 4 pro 1000: quantum debet sol-  
 vere? Fiat  $10000000 : 14802444 = 6000 : y$ ,  
 seu  $10000 : 14802444 = 6 : y$ , erit  $y = 888\frac{2}{3}$   
 Fl.  $46\frac{2}{3}$  Den. prox.

5) Damnatur quidam ad solvendos 500 Fl.  
 una cum censu, & censuum censu pro 3 annis  
 & 4 mensibus per 6 pro 100: quantum debet  
 solvere? Cum hic præter annos etiam menses  
 occurant, & Tabella pro solis annis sit calcula-  
 ta, hoc modo erit procedendum. Numerus in  
 Tabella respondens 3 annis tollatur a numero  
 respondentem 4 annis, inventa differentia, re-  
 spondebit annorum differentiæ, seu 12 mensibus:  
 deinde fiat 12 ad 4 seu 3 ad 1, ut  $714609$  ad  
 differentiam respondentem 4 mensibus, quæ erit  
~~238203~~, qua addita numero  $11910160$  tribus  
 annis in Tabella respondenti habebitur numerus  
~~12148363~~ respondens 3 annis & 4 mensibus. Erit  
 itaque  $10000000 : 12148363 = 500 : y$ , unde  
 $y = 607$  Flor. 41 Denar. prox.

*Scholion.* Operationes hasce rite esse pera-  
 ctas probabitur ope calculi Anticipationis, de  
 quo jam paucis agendum erit.

## §. 6.

*De Regula Anticipationis, seu Interusurii, vel Rabatæ.**Quid est Regula Anticipationis?*

**q.** Est methodus, qua definitur, quanto minus capitale debeat reddere, qui illud reddit ante præstitutum tempus. E. g. Siquis 800 Florenos primum post annum deberet deponere, velit autem hodie exolvere, æquum sane est, ut eam duntaxat hodie deponat pecuniam, quæ una cum annuo censu post annum efficeret 800 Fl. seu æquum est, ut annum fructum sibi e capitali decerpatur. Quare dum Interusurium seu Rabata quæritur, illud reapse quæritur, quanto minus tali casu sit anticipato deponendum, quam post evolutum tempus deponi deberet. Duplex autem hic plerumque occurrit casus: vel enim pro Rabata solum detrahitur census; vel etiam ipse censum census: hoc est, anticipans solutionem vel tantum deponit pecuniæ, quantum una cum censu efficeret post tempus evolutum summam deponendam: vel tantum, quantum una cum censu, & censum censu eandem efficeret.

*Quomodo calculatur interusurium, si solum census sit pro Rabata detrahendus?*

**q.** Dato censu annuo pro 100 Fl. instituatur hæc Proportio: ut 100 Fl. suo censu aucti ad

ad suum censum, ita capitale datum ad suum censum pro Rabata detrahendum.

### E X E M P L A.

1) Deberet quispiam 100 Florenos post annum deponere: vult autem hodie solvere detracto interusurio 5 pro 100: quantum debet hodie loco 100 solvere? Fiat 105:  $5 = 100: y$ , unde  $y = 4\frac{6}{21}$  Flor. quibus pro interusurio detractis debet solvere  $95\frac{5}{21}$  Fl. qui post annum una cum suo censu efficerent 100 Fl. sicuti explorari potest per § præc.

*Scholion.* Erraret, qui ex 100 Fl. post annum solvendis hodie detraheret pro interusurio 5 Florenos, & solveret 95: nam Floreni 95 una cum suo censu nondum facerent post annum 100 Fl. debet autem hodie ea pecunia depositi, quæ post annum una cum suo censu accurate faceret 100 Fl.

2) Quidam post 6 annos teneretur reddere 2000 Fl. reddere autem vult hodie cum Rabata 5 pro 100: quantum tenetur deponere? Cum 100 Fl. per 6 annos inferant censum 30 Fl. erit  $130: 30 = 1000: y$ , unde  $y = 230\frac{10}{3}$  Fl. quibus e 2000 detractis, hodie deponendi sunt Fl.  $769\frac{3}{3}$ , qui post 6 annos una cum suo censu accurate efficerent 1000.

*Quomodo Calculatur interusurium, si non modo census, sed etiam censuum census sit pro Rabata detrahendus?*

¶. Ope Tabellæ superioris; cum calculus intersurii non aliud sit, quam inversus calculus Anatocismi. Nimirum sicut per Regulam Anatocismi quæritur capitale censu, & censuum censu pro dato tempore auctum: ita per Regulam Anticipationis quæritur capitale censu, & censum censu diminutum. Hinc Proportio pro Regula Anatocismi tradita erit hoc loco duntat invertenda, quemadmodum patebit e sequentibus Exemplis.

### E X E M P L A.

1) Quidam testamento aecepit Fl. 1000 hac lege, ut post triennium eosdem deponat in ærarium cuiusdam Templi. Vult autem pecuniam hodie deponere detracto interusurio 5 pro 100: quantum debet hodie eidem ærario adnumerare? Exscripto e Tabella numero 3 annis respondente instituatur hæc Proportio 11576250: 10000000 = 1000: y, erit y = 863 Fl. 83 Den. prox. qui post 3 annos una cum suo censu, & censuum censu accurate efficerent 1000 Flor.

2) Quidam concessi sunt fruendi 10000 Fl. per annos 20; verum ille peregre prefecturus vult eosdem hodie deponere, detracta Rabata censu, & censuum censu per 5 pro 100: quam sum-

summam tenetur hodie deponere? Fiat  $25532977 : 10000000 = 10000$ :  $y$ , erit  $y = 3768$  Flor. 89 Denar. prox. qui una cum censu, & censuum censu post 20 annos accurate facerent 10000 Flor.

3) Capitale Fl. 8192 primum foret depo-  
nendum post 2 annos & 8 menses: verum de-  
bitor moriturus vult id hodie deponere, ne ha-  
zedes graventur hoc debito: quantum debet ho-  
die exsolvere detracta Rabata per 6 pro 100?  
Cum hic praeter annos etiam menses occurrant,  
numeris in Tabella respondens 2 annis tollatur  
a numero respondente 3 annis, inventa diffe-  
rentia 674160 respondebit annorum differentiæ,  
seu 12 mensibus. Deinde fiat 12: 8, seu 3: 2  
 $= 674160 : y$ , erit  $y = 449440$ , quæ est diffe-  
rentia respondens mensibus 8, qua addita ad  
numerum respondentem in Tabella annis 2, ob-  
tinebitur numerus 11685440 respondens annis 2  
& 8 mensibus. Erit ergo 11685440: 10000000  
 $= 8192 : y$ , unde  $y = 7010$  Flor. 43 Denar.  
prox. qui una cum censu, ac censuum censu  
post 2 annos, & 8 menses accurate efficerent  
8192 Florenos.

*Scholion.* Regulæ Anatocismi & Anticipa-  
tionis census, & censuum census cum sint inter  
se contrariæ, se mutuo comprobant. Nimirum  
summas per Regulam Anatocismi supra inventas  
aflumant tirones in regula Anticipationis pro da-  
tis, & peracta operatione summae inventæ ex-  
dem eruant cum iis quæ in Regula Anticipationis

dabantur, uti adparebit retractione Exemplorum in Regula utraque allatorum.

## CAPUT QUARTUM DE REGULA REESII VULGO CA- TENARIA.

§. I.

*De Natura Regulæ Catenariæ, & legitima terminorum Dispositione.*

*Quid venit nomine Regulæ Catenariæ?*

¶. Hoc nomine venit methodus quædam compendiaria a Reesio inventa omnes Regulæ aureæ species resolvendi. *Catenaria* porro appellata est, quia termini alternis instar catenæ cuiusdam collocantur, quemadmodum videbimus in sequentibus.

*Quid est peculiariter notandum in terminis ad hanc Regulam pertinentibus?*

¶. Quælibet quæstio ad hanc Regulam pertinens imprimis habet duas minimum partes: nimirum quæstionem ipsam, seu illum terminum, per quem quæstioni responderi debet, quem nos uti hactenus, ita deinceps per y designabimus; deinde

deinde ipsum quæstionis objectum. E. g. si quæras quotnam Florenos efficiant 20 aurei Cæfarei, quæstionem continet numerus Florenorum, aureorum autem numerus quæstionis objectum. Præter hos terminos adiunt præterea in omni quæstione alii quove termisi conditionem conti- nentes, de quibus in Regula aurea satis multa diximus. Quare quævis quæstio ad hanc Regu- lam pertinens duas minimum complectitur Ra- tiones primarias, quarum unam continent termini ad quæstionem, alteram termini ad conditio- nem spectantes: ut adeo quævis ejusmodi quæstio ut ut simplicissima involvat Regulam auream saltem simplicem, seu quatuor terminos propor- tionales. Quare primum tractandum erit de le- gitima horum terminorum collocatione; deinde de eorundem pertractatione.

### *Quomodo sunt collocandi termini ge- neratim?*

¶. Generatim termini omnes per binas co- lumnas verticales ita distribui debent, ut dex- tram columnam occupent ii, qui in Regula au- rea secundum ac tertium locum tenere debent, quam deinceps vocabimus columnam dividendam: in sinistra vero columnaa ii sunt collocandi, qui ad primum & quartum Regulæ aureæ terminum spectant, & hanc adpellabimus columnam dividen- tem. Qui vero in Regula aurea composita hæc collocatio difficultatem facilius tironi posset, ad- feremus speciales hujus collocationis leges.

*Quomodo sunt collocandi termini quæstionem continentes?*

R. I) *Terminus, per quem ad quæstionem responderi debet per y designatus scribatur in columna sinistra loco supremo: ceteri termini valorem illius directe determinantes, seu quibus crescentibus vel decrescentibus etiam valor quæstii crescit aut decrescit, scribantur ad columnam dexteram infra se invicem.* Sic cum causæ directe determinent suos effectus, celeritates item decursa spatia, capitalia aut elocationis tempora suos census &c. contrarias debent occupare columnas. E. g. Si quæras, quantum censum inferant Fl. 582 per 6 menses, census quæsus y, per quem ad quæstionem responderi debet, stabit primo loco in columna sinistra: Floreni vero 582 & 6 menses, qui census quæstii magnitudinem directe determinant, scribentur in columna dextera infra se invicem hoc modo

y	582 Flor.
	6 Mens.

3) *Siqui vero termini valorem incogniti inversè determinent, ita ut iis crescentibus, aut decrescentibus terminus quæsus decrescat aut crescat, ii cum quæsito ad eandem columnam debent venire; ut in Exemplis infra videbimus.*

3) *Siqui ex his terminis constent numeris concretis diversæ speciei, debent species infra se invicem collocari: ut si quæras, quantum debat esse capitale, quod 16 annis, 18 diebus, & 12 horis inferat censum 24 Flor. 4 Gros. &*

3 De-

3 Denar. cum census capitale directe determinet, tempus autem inverse (tanto enim majus est capitale, quanto minori tempore eundem censum infert) census veniet ad columnam dexteram, tempus ad sinistram hoc modo

y Capit.	24 Flor.	} cens.
{ 16 anni	4 Gross.	
temp. } 18 dies	3 Denar.	
{ 12 horæ		

*Scholion.* Nihil interest, utra columna eccepit dexteram, utra sinistram, modo colloca-tionis ordo servetur, cuius lex generalis huc re-dit: si qui termini ita comparati sint, ut in ea-dem ratione simul crescant, vel simul decrescant, hi diversas occupare debent columnas: contra qui ejusmodi fuerint, ut dum unus crescit, al-ter in eadem ratione decrecat; aut dum unus de-crescit, alter in eadem ratione crebat, hi omnes ad eandem columnam pertinent. Lex haec etiam ad terminos conditionem continentes per-tinet.

*Quomodo sunt collocandi termini conditio-nem continentes?*

*v.* Rite collocatis terminis ad quæstionem pertinentibus, ii qui ad conditionem pertinent ita collocentur ut terminus quæsito homogeneus sit in adversa columnæ inâmus, ceteri sic po-nantur, ut nomina rerum, quæ vi prioris col-locationis posita sunt in columnâ dextra, hic po-

nantur in sinistra, & contra: debent nimis in utraque columna eadem recurrere nomina alternatim, ita ut nomen, quod in dextra fuit primum, in sinistra fiat secundum; quod secundum erat in dextra, fiat in sinistra tertium, & sic porro.

E. g. Quantum exit solvendum operis 9 si per 30 hebdomades quavis hebdomade laborent 6 diebus, si operis 12 laborantibus per 20 hebdomades, & quavis hebdomade per 5 dies soluti sunt Fl. 1000? Termini e praescriptis legibus sic erunt collocandi

Flor. 9		9 Operæ
Operæ 12		30 Hebd.
Hebd. 20		6 Dies
Dies 5		1000 Fl.

Quid agendum, si in quaestione proposita termini quidam solis constent nominibus absque ullis numeris?

E. Nomina hujusmodi perinde tractentur; & suis locis collocentur, ac si numeri iisdem absent adnexi, & si tale nomen forte in quaestione sit, litera y adjecta notetur. E. g. 4 homines 6 mensibus certum opus absolvunt: quanto tempore absolvent idem 18 homines? Nomen opus absque numero occurrens collocetur per regulas superiores hoc pacto

Mens. y	4 Homin.
Homin. 18	Opus
Opus	6 Mens.

*Scholion.* Ceterum cum pura nomina numero adjecto destituta ad calculum instituendum nihil conferant, penitus omitti possunt, modo litera y notetur ejus locus, quod forte in questione versatur.

*Quid agendum, si in quæstione aliqua eadem nomina non repeatantur ita. ut in utraque columna poni possint?*

*R.* Duplex hic potest occurrere casus: vel enim nomina illa diversa diversas duntaxat ejusdem numeri concreti e. g. monetæ, ponderis, mensuræ, temporis &c species denotant: vel certe talia sunt, ut cum tertio aliquo comparari, & sic ad dictas duas columnas venire possint.

1) Si diversa illa nomina diversas duntaxat ejusdem numeri concreti species exprimunt, e. g, Florenos & Denarios, centenarios & uncias, annos & horas &c. tunc species superiores gradatim resolvantur in inferiores, & in columnis utriusque, ut dictum est, adscribantur, donec eadem nomina in utraque columna obtineantur. E. g. quot Denariis veniet i semiuncia butiri, si 8 centenatii constent 160 Fl.? Ut hic eadem utrinque collocari possint nomina, resolvatur i Fl. in 20 gosso, & i Grossos in 5 Denarios;

item cent. in 100 libras, & 1 libra in 32 semiuncias: enascetur sequens nominum collocatio

y Denar,		1 Semiunc.
32 Semiunc.		1 Libra
100 Libre		1 Centen.
8 Centen.		160 Flor.
1 Floren.		20 Grossi
1 Grossus		5 Denarit.

2) Si nomina illa diversa ejusmodi fuerint, ut eum tertio quodam uno aut pluribus debeant comparari, ut eorum inter se relatio obtineatur, qualia sunt aurei Kremnicenses & Hollandici, libra vel una Lipsensis & Viennensis &c. tunc quodvis ejusmodi nomen scribatur more consuetudo in utraque columna; deinde relatio eorumdem inter se investigetur, comparando e. g. aureus diversæ speciei cum Crucigeris, & adjectis numeris exprimatur. E. g. emit quispiam Lipsiae 100 libras Lipsienses Sachari Florenis 300, quanti venit illi una Viennensis libra? Scribantur primum nomina hoc pacto

y Floreni		100 Lib. Lips.
Lib. Lips.		Libr. Vienn.
1 Lib. Vien.		300 Flor.

Indagata deinde ratione inter libram Lips. & Vien. deprehenduntur 5 libræ Lips. valere 4 Viennenses; adscriptis ergo his numeris sequens erit terminorum collocatio

<i>y Floreni</i>		<i>100 Libr. Lips.</i>
<i>5 Libr. Lips.</i>		<i>4 Libr. Vien.</i>
<i>1 Libr. Vien.</i>		<i>300 Flor.</i>

Similiter si queratur, quot thaleros Lips. constet in una Lips. cuiusdam materie, si 65 ulnæ Belgicæ ejusdem constent 593 Florentes Hollandicos: initio termini hoc ordine scribentur

<i>y Thal. Lips.</i>		<i>1 uln. Lips.</i>
<i>uln. Lips.</i>		<i>uln. Belg.</i>
<i>65 uln. Belg.</i>		<i>593 Flor. Holl.</i>
<i>Flor. Holland.</i>		<i>Thal. Lips.</i>

Et quia 2 Flor. Holland. valent 1 thalerum Lips. ac 84 ulnæ Belg. faciant 100 Lipsienses, adiectis hisce sumeris sequens obtinebitur terminorum dispositio

<i>y thal. Lips.</i>		<i>1 uln. Lips.</i>
<i>100 uln. Lips.</i>		<i>84 uln. Belg.</i>
<i>65 uln. Belg.</i>		<i>593 Fl. Holl.</i>
<i>2 Flor. Holl.</i>		<i>1 thal. Lips.</i>

*Scholion.* Nominum in binis columnis positorum relationes non satis interdum eluent, & tunc vel status questionis intime rimandus erit, ut quæsitæ relationes inde eruantur: vel ratios remotiores in auxilium vocandæ, e quibus gradatim ad quæsitas perveniantur. E. g. telæ cuiusdam coemtæ sunt 325 ulnæ Florensis 450; quanti erit ulna vendenda, ut in 100 Florensis lucri fiant 30? Difficultas hic subvulsabitur propter defectum relationis inter datos terminos,

Verum

Verum quæstione sedulo excussa statim adpareat expensos 450 Fl. spectari oportere instar elocati capitalis, & pecuniam recipiendam instar accepti, & hiac huc rem redire: volo in 100 Fl. lucrari 30, seu pro 100 recipere 130: unde quæstio sic reapse sonat: si 325 ulnæ coemtæ sunt 450 Fl. quanti debet vendi i ulna ut pro 100 Fl. redeant 130? Ubi patet inter elocatos 100, & recipiendos 130 Fl. certam haberi relationem, ac terminos hoc pacto esse ordinandos

y accept.	450 expens.
100 expens.	i libr.
325 Libr.	130 accept.

### §. 2.

## De legitima terminorum rite dispositorum Per tractatione.

Quid agendum peracta terminorum legitima dispositione?

¶. Multiplicantur termini columnæ dividenda inter se, & termini columnæ dividentis inter se: factum prius per posterius dividatur, quotus enascens dabit terminum quæstum y. Nam factum e columna dividenda enatum est factum terminorum mediorum Proportionis, & factum e columna dividente enatum est terminus primus, per quem quartus y est multiplicatus: quare hac methodo factum terminorum medium

rum dividitur per terminum primum, adeoque pro quoto venit quartus quæsus. In tirosum gratiam resumemus quedam Exempla Regulæ aureæ simplicis & compoñtæ jam in superioribus methodo vulgari resoluta.

### EXEMPLA.

1) Aurei 2 Kremn. valent 8 Fl. 36. Cruc. quot Florenos valebunt aurei 12? Ex calculi typum

$y$ Flor.	12 aur.
2 aurei	$516$ cruc. hinc $y = \frac{6192}{120} = 51\frac{3}{5}$ Fl.
60 cruc.	1 Flor. seu 51 Fl. 36 Cruc. ut supra.
120	6192

2) Ad hortum quempiam sepibus cingendum operæ 12 opus habent diebus 5: quot diebus egent 16 operæ ad idem opus perficiendum? Cum eo paucioribus egeant diebus, quo plures sunt operæ, termini e prescriptis legibus sic erunt collocandi

$y$ dies	12 operæ
16 operæ	5 dies      uude $y = \frac{60}{16} = 3$ dieb.
16	60                  18 hor. ut supra.

3) Si vasa singula coemti vini venderem 20 Fl. in vasis 100 lucrarer 30 Fl. quantum ergo lucrarer in vasis 600 vendendo singula Fl. 24? Stabunt termini hoc ordine

$y$  lucrum

$y$ lucrum	600 vasa	
200 vasa	24 Flor.	unde $y = \frac{432000}{200} =$
20 Flor.	30 lucrum	216 ut supra.
2000	432000	

4) Operæ 20 intra 24 dies effoderunt causalem 70 erg. si ergo assumantur operæ 50, & canalis effodiendus sit 98 org. quot erunt dies necessarii ad opus abolvendum? En typum calculi

$y$ dies	20 operæ	
50 operæ	98 orgie	unde $y = \frac{49000}{3500} =$
70 orgie	25 dies	14 ut supra.
3500	49000	

5) Scribæ 3 intra diem singuli scribendo 4 philiaras merebuntur sibi per 5 dier Fl. 4: quantum merebuntur 5 scribæ per 10 dies, intra diem scribendo singuli 6 philyras? En calculi typum

$y$ Floren.	5 scribæ	
3 scribæ	10 dies	
5 dies	6 philyr.	unde $y = \frac{2200}{60} =$
4 philyr.	4 Floreni	20 ut supra.
60	1200	

*Quæ sunt jam peculiaria Regulæ catenarice compendia?*

¶. Sunt quam plurima: præcipua hac res deunt.

1) Si in utraque columna iidem occurrant numeri, iis utrobique & substitui, aut penitus deleri possunt.

2) Si occurrant in utraque columnæ numeri in zeros desinentes, poterunt utrinque in totidem numeris totidem zeri deleri.

3) Si occurrant utrobique numeri, qui per eundem numerum exacte dividendi possint, poterunt utrinque totidem numeri dividi, ac eorum loco quoti substitui.

Ratio horum est, quia si eam dividendus quam divisor, hoc est, si tam Numerator quam Denominator Fractionis per idem dividatur, unotus seu Fractionis valor non mutatur.

4) Si occurrat Fractio pura, ad quam etiam impura semper reducenda est, Numeratore in sua columna relicto, transferatur Denominator ad alteram. Ratio est, quia si Fractio sit in columna dividenda, Denominator ejusdem est divisor, per quem factum ejus columnæ deberet dividi: hinc divisor ille recte transponitur ad columnam dividentem. Sin autem Fractio sit in columna dividente, ut per eam divisio fieri possit, debet inverti, & id quod per eam dividi debet, per ejus Denominatorem multiplicari: recte ergo transfertur Denominator ad columnam dividendam.

Atque his viis plerumque evitantur permissæ multiplicationes atque divisiones, id quod uno alterove Exemplo ostendere juverit.

### E X E M P L A.

I) Si 20 textores quavis hebdomade laborantes 3 diebus, & quidem intra diem 12 horis, intra hebdomades 7 texunt 90 telæ volumina longa ulnas 30, lata  $\frac{7}{4}$ : quot ejusmodi volumina longa ulnas 48, lata  $\frac{6}{4}$  texent 16 textores 16 textores intra 8 hebdomades, si hebdomade quavis laborent 6 diebus, & intra diem 4 horis? En calculi typum

A	B	C	D	E
y volum.	30 long.	y 30	y 30	y 30
48 long.	$\frac{7}{4}$ latit.	48 --	48 --	48 --
$\frac{6}{4}$ latit.	16 text.	-- 16	-- 16	-- 4
20 text.	8 hebd.	20 8	-- 8	-- 8
7 hebd.	6 dies	-- --	-- --	-- --
3 dies	4 hor.	3 4	3 2	-- 2
12 hor.	90 vol.	12 90	12 9	-- --

ubi I) Sub litera A comparent termini e legibus Regulæ Catenariæ rite collocati. 2) Sub litera B transpositi sunt denominatores 4, & utrinque

risque deleti, uti & numeri 6 ac 7. 3) Sub littera C deleti sunt zeri apud 20 & 90, ac per numerum 2 ex 20 remanentem utrinque divisi sunt 2 & 4. 4) Sub littera D per 3 divisa sunt ex una parte 3 ex altera 9, uti & 12 ac 16 per 4, deletaque utrinque 3. 5) Denique sub litera E per 6 divisa sunt 48 & 30, ac utrinque deleta 8. His perfectis in columna dividente nihil remanet, seu et subintelligitur, in columnā autem dividenda remanent 5, 4, 2, quorum factum est 40, & hinc  $y = \frac{40}{1} = 40$

2) Si unum chartæ scriptoriæ volumen constet 33 thaleris, 8 Gross. computando thalerum per 24 Grossos, quot veniunt Pfennig pro una philyra, unum Grossum per 12 Pfennig computando? Ea calculi typum

A	B	C	D	E	F
y Pfenn.	1 Phil.	y	-	y	-
24 Phil.	1 liber.	24	-	-	-
20 Lib.	1 Ris.	20	-	20	-
10 Ris.	1 vol.	10	-	-	-
1 Vol.	33 $\frac{1}{2}$ th.	-	$\frac{100}{3}$	3	10
1 thaler.	24 Gr.	-	24	-	-
1 Gross.	12 Pf.	-	12	-	4

ubi 1) Sub littera A termini rite ordinati sunt, supplendo defectum eorundem utrinque novis. Arithmetica.

Q

num

num e nota pecuniae & mensuræ chartæ Proprietate. 2) Sub litera B imprimis deletæ sunt omnes unitates quæ nihil multiplicant, nihil dividunt; deinde Fractio impura  $3\frac{1}{3}$  reducta est ad puram  $\frac{10}{3}$  3) Sub litera C transpositus est Denominator 3, & 24 utrinque deleta. 4) Sub litera D apud 10 & 100 deletus est zerus, & 1 omissum. 5) Sub litere E rursus apud 10 & 20 deletus est zerus, item 3 ac 12 divisa sunt per 3 omissendo unitates. 6) demum sub litera F 2 & 4 divisa sunt per 2 omissio 1. Quare 1 philyra constat 2 Pfenn.

*Scholion.* Bina hæc Exempla in tironum gratiam gradatim deduximus terminorum seriem sæpius repetendo: in praxi ea series semel duntaxat scribitur, ac omnes abbreviationes fiunt delendo eosdem utrinque, sed semper totidem terminos, ac pro numeris divisis quotos substituendo, tamdiu, dum compendio locus non amplius superste. Quodsi columna dividenda nequeat per dividentem dividi, patet valorem termini quæsiti esse Fractionem. Si in columna alterutra nullus remaneat numerus, ibi termini omnes redacti sunt ad unitates, quarum factum cum sit unitas omitti potest: hinc si in neutra columna remaneat quidquam, erit  $y = \frac{r}{1} = 1$ . Siquis numerus tantum in columnæ dividenda remaneat, is erit terminus quæsitus, cum 1 alterius columnæ nihil dividat; sin autem numerus remaneat tantum in columnæ dividente, terminus quæsitus erit 1 columnæ

Iumentæ dividendæ per numerum illum divisum,  
seu erit Fractio, cuius Numerator est 1, Deno-  
minator autem ille numerus residuus.

### Quomodo sunt tractandi Numeri concreti?

N. 1) Si dividi possint omnes per aliquem  
numerum, per quem aliquis numerus alterius  
columnæ dividi possit, dividantur.

2) Si dividi nequeant, quævis species, ex-  
cepta maxima, reducatur ad Fractionem speciei  
maximæ, addanturque Fractiones omnes, &  
summa adnectatur speciei maximæ. E.g. 3 Flor.  
15 Grossi faciunt  $3\frac{3}{4}$  Fl. Item 7 Fl. 4 Grossi,  
2 Cruc. faciunt  $7\frac{4}{20}$  Fl. &  $\frac{2}{3}$  Grossi seu  $7\frac{14}{60}$   
Fl. Similiter 4 centen. 8 libræ, & 5 semiunciae  
faciunt  $4\frac{261}{3200}$  cent.

3) possent etiam omnes species ad mini-  
mam reduci; at numeri tunc nimium excresce-  
rent, operosamque redderent multiplicationem,  
ac divisionem.

4) Commodius reducentur species omnes  
ad illam, quæ immediate præcedit minimam,  
cui species minima ad terminos minimos reducta  
Fractionis instar adjicitur, Sic in Exemplis su-  
perioribus 7 Fl. 4 Grossi, 2 cruc. possunt redu-  
ci ad  $82\frac{2}{3}$  Grossi. Item 4 cent. 8 libr. 5 semi-  
unciae ad  $408\frac{5}{32}$  libr.


*Quomodo exploratur, utrum Regula catenaria rite sit resoluta?*

¶ Repetendo operationem hae lege, ut loco y scribatur numerus calculo inventus, & loco alterius cuiusvis termini dati ponatur y: si enim repetito calculo pro y prodeat idem ille terminus, loco eius substituebatur, indicio erit rite fuisse peractam operationem. Sic in secundo Exemplo superiore inventus est valor termini  $y = 2$  pfenn. si ergo pro y scribas 2 pfenn. & loco 24 phil. scribas y, repetita operatione reperies  $y = 24$  phil. Similiter si pro  $33\frac{1}{3}$  thal. scribas y, retractato calculo erues  $y = 33\frac{1}{3}$  thal. & sic de reliquis terminis.

*Scholion.* Qui de Regula catenaria plura cupit, adeat ipsum Reesium, aut potius commentatorem ejusdem Laur. Willigium. Magistri amplum habebunt campum exercendi tirones, si exemplo ad varias Regulæ aureæ specie superius allata hac etiam methodo cum iisdem repetant.

FINIS PARTIS SECUNDÆ.

**PARS**



## PARS TERTIA

DE VARIIS ARITHMETICÆ USIBUS  
IN NEGOTIIS VITÆ QUOTIDIANÆ.

### CAPUT PRIMUM

DE USU ARITHMETICÆ IN RE DOMESTICA SEU FAMILIARI.

§. I.

*De rite ordinando Rei Familiaris Diario.*

*Quid venit nomine Diarii Rei Familiaris?*

*N.* nomine Diarii, seu domesticarum Ephemeridum venit methodus recte ordinandi rationem Perceptorum & expensorum quotidiano-

rum: ut nimirum quovis mense facile perspici possit, quantum sub quavis Rubrica perceptum aut expensum sit, atque ita summus intra certos limites coarctari, ut item rerum pretia facile inspici, inter se conferri, providæ in futurum dispositiones fieri possint. Ex quo ipso adparet, quanti sint momenti hujusmodi Ephemerides in re familiaris provide administranda.

*Quomodo sunt ordinandæ Rubricæ  
Perceptorum?*

R. Modum proponere vix licet universalem, cum non iidem occurant articuli in rei cuiusvis familiaris administratione. Potest nihilominus ubique usui esse sequens exemplar, ad cuius imitationem numerus Rubricarum jam augeri potest, jam miseri pro adjunctorum occurrentium varietate.

## *RUBRICÆ PERCEPTORUM.*

- I Parata pecunia in ærario domestico.
- II Rerum naturalium existantium æstimatio pecuniaria.
- III Census e capitalibus elocatis rediens.
- IV Rerum locatarum proventus.
- V Accidentia, seu proventus industria subcisiva parti.
- VI Pecuniæ creditæ.
- VII Varia, seu ad nullam ex his Rubricis pertinentia.

*Scholion.* Locationem seu arendarum pro-  
ventus si naturales sint, debent prævia æstima-  
tione forensi in pecuniam converti, atque ita  
*Diario* inseri. Possunt etiam hujusmodi proven-  
tus ordine temporum, quibus administrantur,  
*Ephemeridibus* inseri, adscripta die & arenda-  
torum nominibus. Similiter in creditis pecuniis  
possunt debitores adscribi ordine mensium, &  
dierum, adnotato capitali, die obligationis,  
ac censu anno pro 100 hoc pacto:

Apr.	Census percepti electorum Capitalium.	Fl.	Den.
1778	8. Petr. Holló Debrecini 62 Fl. 40 Den. annuos a Capitali 1248 Fl. per 5 pro 100		
Dies	23. Steph. Horgas Agriæ 6 Fl. dimid. cens. annuum a Capitali 200 Fl. per 6 pro 100.		
1			
2			
3			
4			
5			
6			
7	a Patro Holló annum censem ut supra	62	40
8			
9			
10			
11			
12			
13			
14			
15			
16			
17			
18			
19			
20			
21			
22	a Stephano Horgas dimid. anni' censem	6	
23	ut supra		
24			
25			
26			
27			
28			
29			
30			
		Summa	1681 40

*Scholion.* Ex hac Tabella patet, quonam modo etiam reliquæ Tabellæ pro quavis Rubrica seorsim sint instruendæ. Si res familiaris nimis ampla fuerit, quovis mense pro quavis Rubrica seorsim erit adornanda Tabella: in re mediocri sufficiet una pro quavis Rubrica per totum annum, modo in columna prima notentur menses usia cum perceptionum diebus.

*Quomodo est adorna mensura Perceptorum Recapitulatio?*

*R.* Recapitulatio hujusmodi ultima cujusvis mensis die hoc pacto erit facienda:

<i>Recapitulatio omnium Perceptor. mense N.</i>	<i>Fl.</i>	<i>Din.</i>
I. Ex residua pecunia in serario domestico		
II. Ex rerum natural. existantium estimacione pecuniaria	- - - - -	
III. Ex censu Capitalium elocatorum		
IV. Ex proventibus rerum locatarum		
V. Ex Accidentiis, seu proventibus industria subcisia partis	- -	
VI. Ex receptis debitibus	- - -	
VII. Ex Variis,	- - -	
<hr/>		
<i>Summa</i>		

## **Quomodo est adornanda annua Perceptorum Recapitulatio?**

R. Recapitulatio, hujusmodi ultima cujusvis  
anni die hoc pacto erit facienda:

Recipitatio omnium Perceptorum Anno N.						
	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
Menses	Ex resd. in arar. dom.	Ex reb. nat.	Ex censu	Ex provent.	Ex Ac-	Ex rec.
Pecunia	Fl. - Dev.	Fl. - Des.	Fl. - Den.	Fl. - Den.	Fl. Den.	Fl. Des.
Januarius						
Februario						
Martius						
Aprilis						
Maius						
Junius						
Iulius						
Augustus						
September						
October						
November						
December						
Summa omnium Preceptorum Fl. - - Denar. ---						

Summa omnium Preceptorum Flor. - - Dinar. - - -

*Quomodo sunt ordinandæ Rubricæ Expensorum ?*

¶. Pro rei domesticæ varietate Rubricæ Expensorum possunt esse variæ: speciminis loco esse poterunt sequentes:

*RUBRICÆ EXPENSORUM.*

1. Exoluta debita	19. Supellex domest.
2. Census levator. Capit.	20. Onera publica.
3. Templ. & Parochus.	21. Sumtus ædificationum.
4. Census Habitationis.	22. Supell. mens. cul. cell. &c.
5. Vestitus.	23. Supell. lus. & lotio.
6. Paris.	24. Familitium.
7. Patini.	25. Nova.
8. Ligna.	26. Libri.
9. Carnes.	27. Posta.
10. Pisces.	28. Eleemosynæ.
11. Butyrum.	29. Bibalia.
12. Lac.	30. Supell. scriptoriz.
13. Olera.	31. Itiaeraria.
14. Candela aut oleum.	32. Litium sumtus.
15. Aromata.	33. Equi.
16. Cerevisia.	34. Saginæ.
17. Vinum.	35. Restantia. debit. activ.
18. Medicinæ, Med Tonf.	36. Varia.

*Quomodo est adornanda menstrua, & annua Expensorum Recapitulatio ?*

¶. Quæ hactenus de Præceptis dicta sunt, erunt etiam de Expensis intelligenda, ut adeo necesse

necesse non videatur esse Tabellarum numerum hoc loco multiplicare. Quia vero tam Percepta, quam Expensa passim fieri solent in variis monetæ tam domesticæ, quam externæ speciebus, Ephemerides autem calculari debent in iisdem pecuniae sortibus, usui hic erunt Tabulæ V & VI, quarum prior exhibet valores Monetarum exteriarum apud nos receptos: posterior Thalerorum seu Imperialium cum Florensis comparationes. Huc item conferunt Tabulæ domesticorum aureorum cum Florensis & Crucigeris comparatorum; Tabulæ item jacluum Mariano-rum & Septenariorum, quas hic prætermitti-mus, cum in calendariis passim occurrant.

### §. 2.

#### *Varia Problemata in re Familiari ec- currentia?*

1) Ad sternendum pavimentum longum 12, & latum itidem 12 pedes opus erat afferibus 20: quot ejusmodi tequiruntur afferes ad con-tendum pavimentum longum 24, latum 18 pedes?

*Per Regulam auream.*

Cum tota pavimenti capacitas obtineatur multiplicando longitudinem per latitudinem, erit  $12 \times 12 : 24 \times 18 = 10 : y$ , seu  $12 : 2 \times 18 = 10 : y$  hoc est  $2 : 6 = 10 : y$ , vel  $1 : 3 = 10 : y$ , unde  $y = 30$ .

*Per*

*Per Regulam catenariam.*

$y$ afferes		{ 24 Long.
{ 12 long.		{ 18 latit.      unde $y = 30$ .
{ 12 latit.		{ 10 afferes-

2) Certa laterum copia sterni potest area longa 50, lata 20 pedes: si quis eodem laterum numero vellet steroere aream latam pedes 24, quanta deberet esse ejusdem longitudo?

*Per Regulam auream.*

Cum idem sit tegularum numerus, adeoque eadem arearum capacitas, erunt earundem longitudines inverse ut latitudines, seu  $24: 20 = 50: y$ , seu  $6: 5 = 50: y$ , unde  $y = \frac{4}{3} 50$  ped.

*Per Regulam catenariam.*

$y$ longit.		20 latit.
24 latit.		50 long.      unde $y = 41\frac{2}{3}$ ped.

3) E panno  $\frac{9}{4}$  lato opus est pro vestibus 9 ulnis: quot ulnas requirunt eadem veste ex alio panno  $\frac{7}{4}$  duntaxat lato?

*Per*

***Per Regulam auream.***

Cum eadem vestis tanto plures requirat ulnas, quanto minorem pannis habet latitudinem, patet Regulam auream inversam esse adhibendam: erit ergo  $\frac{7}{4} : \frac{9}{4} = 9 : y$ , unde  $y = 11\frac{4}{7}$  uln.

***Per Regulam catenariam.***

$y$ ulnæ	$\frac{9}{4}$ latit.	unde $y = 11\frac{4}{7}$ uln.
$\frac{7}{4}$ latit.	9 ulnæ.	

4) E materia quapiam  $\frac{5}{4}$  lata opus est pro lecti integumento ulnis 15: quot ulnas requirit ejusdem subductura e materia lata  $\frac{3}{4}$  duntaxat uln.?

***Per Regulam auream.***

Adparet, ut supra, adhibendam esse Regulam auream inversam: erit ergo  $\frac{3}{4} : \frac{5}{4} = 15 : y$ , seu  $3 : 5 = 15 : y$ , id est  $1 : 5 = 5 : y$ , unde  $y = 25$  uln.

***Per Regulam catenariam.***

$y$ ulnæ	$\frac{5}{4}$ latit.	unde $y = 25$ uln.
$\frac{3}{4}$ latit.	15 ulnæ.	

5) Relicta est testamento hæreditas 4323 Flor. Cujus succedit in  $\frac{1}{3}$ , Titius in  $\frac{2}{5}$ : quantum obvenit unicuique?

*Per Regulam auream.*

Patet hic hæreditatem inter duos cohæredes per Regulam Societatis esse distribuendam: quare Fractiones ad eundem Denominatorem reductæ erunt  $\frac{5}{15}$  &  $\frac{6}{15}$ , ac summa earuadem  $\frac{11}{15}$ : hinc omissis apud antecedentes issdem Denominatoribus 15 & 15, erit

$$\begin{aligned} \text{xx: } 4323 = & \left. \begin{array}{l} 5: y. \text{ undey} = 1965 \\ 6: y. \text{ undey} = 2358 \end{array} \right\} \text{summa} = \\ & \quad 4323 \text{ Fl.} \end{aligned}$$

*Per Regulam catenariam.*

I y pars. bær.	4323 bær.	unde y = 1965 Fl.	summa = 4323 Fl.
II bæred.	5 pars bær.		
II y pars bær.	4323 bær.	unde = 1358 Fl.	
II bæredit.	6 pars bær.		

6) Quidam cum prima uxore accepit dominum 12000 Fl. e qua suscepit 4 proles: cum secunda 6000 Fl. e qua suscepit 3 proles: cum terit.

II y portio	1 proles	unde $y = 5000$ pro 1.
3 proles	50000 bær.	prole thori 2.
10 bær.	1 portio	
III y portio	1 proles	unde $y = 2500$ pro 1.
2 proles	50000 bær.	prole thori 3.
10 bær.	1 portio	

7) Quidam octo filiis testamento reliquit  
 7980 Fl. hac lege, ut maximus habeat tertiam  
 totius relictæ massæ partem; reliqui autem sep-  
 tem prout æstate decrescent, ita quisque centum  
 Florenis plus acquirat præcedente: quantum cui-  
 que obveniet? Imprimis natu maximus acquiret  
~~7980~~ seu 2660 Fl. quibus e massa detraetis pro  
 reliquis 7 remanent 5320 Fl. e quibus pro se-  
 cundo detrahendo 100, pro tertio 200, pro  
 quarto 300, pro quinto 400, pro sexto 500,  
 pro septimo 600, seu universim pro omnibus  
 2100, remanent 3220 Fl. in partes 7 dividen-  
 di, quorum pars septima est 460 Fl. pro primo  
 e reliquis 7, adeoque  $460 + 100 = 560$  pro se-  
 cundo,  $560 + 100 = 660$  pro tertio, & sic  
 perro.

8) Emit quidam pro curanda veste 4 ulnas  
 panni lati  $\frac{6}{4}$ , quot egebit ulnis pro subductu-  
 ra e materia, cuius latitudo est  $\frac{5}{6}$  uln.?

---

### *Per Regulam auream.*

Facile adparet adhibendam hic esse Regulam auream inversam, cum tanto plures sint ulnæ e materia sumendæ, quanto minor est cuiusdem latitudo: erit ergo  $\frac{5}{6} : \frac{6}{4} = 4 : y$ , unde  $y = \frac{6}{5} \times \frac{6}{4} \times 4 = 7\frac{1}{5}$  uln.

### *Per Regulam catenariam.*

$y$ uln. mat.	$\frac{6}{4}$ latit.	
$\frac{5}{6}$ latit.	$4$ uln. pan.	unde $y = 7\frac{1}{5}$ uln.

9) Quidam ad ædificium suum æstate absolendum intra 22 hebdomades destinavit murarios 15: nunc vult idem absolvi intra hebdomades 9: quot erunt murarii adhibendi?

### *Per Regulam auream.*

Cum tanto plures debeant conduci murarii, quanto breviori tempore opus est ab solvendum, erit  $9 : 12 = 15 : y$ , seu  $3 : 12 = 5 : y$ , unde  $y = 20$  murar.

### *Per Regulam catenariam.*

$y$ murar.	$12$ hebd.	
$9$ hebd.	$15$ mur.	unde $y = 20$ murar.

10) Parietes ejusdam cameræ longæ 24,  
latæ 15, altæ  $6\frac{2}{3}$  uln. vult quispiam contegero  
Damasco, cujus latitudo est  $\frac{3}{4}$  uln. quot eget  
eiusdem ulnis?

*Per Regulam auream.*

Ut tota perjetum superficies habeatur, patet bis esse sumendos parietes excurrentes juxta cameræ longitudinem; bis item illos, qui excurrent juxta latitudinem: unde  $24 + 24 = 48$ , &  $15 + 15 = 30$ , & hinc  $48 + 30 = 78$ . Ut jam obtineatur tota parietum superficies Damasco vestienda, debet 78 multiplicari per altitudinem  $6\frac{2}{3}$ , eritque tota superficies  $= 520$  ulnarum quadratarum, adeoque 520 ulnis Damasci foret opus, si latitudo ejusdem esset 1 ulnae: cum autem sit duntaxat  $\frac{3}{4}$  ulnar. erit  $\frac{3}{4} : 1 = 520 : y$ , seu  $3 : 4 = 520 : y$ , unde  $y = 639\frac{1}{3}$  uln.

*Per Regulam catenariam.*

$y$ <i>Damsc.</i>	$520$ uln.
$\frac{3}{4}$ uln.	unde $y = 639\frac{1}{3}$ uln.

1 *Dam.*

11) Emit quidam butyrum, quod una cum vase appendebat 455 libras: igitur detractis pro  
P 2 vase

vase 52 libris, si puri butyri libra constet  $4\frac{1}{2}$   
Grossis, quantum erit totum pretium?

*Per Regulam auream.*

Cum detractis 52 libris remaneant pro puro butyro 403 libræ, erit 1:  $4\frac{1}{2} = 403: y$ ,  
seu  $2: 9 = 403: y$ , unde  $y = 90 Fl. 67\frac{1}{2} Den.$

*Per Regulam catenariam.*

$y$ Flor.	403 libr.
I libra.	$4\frac{1}{2}$ Gross.
20 Gr.	I Flor.

unde  $y = 90 Fl. 67\frac{1}{2} Den.$

12) Pavimentum quoddam longum 32, latum 12 pedes sterni debet tabulis lapideis, quarum quælibet est 18 digitorum tam in long. quam in latit. quot opus est ejusmodi tabulis?

*Per Regulam auream.*

Ut tota pavimenti capacitas habeatur, debet longitudo ejusdem 32 ped. multiplicari per latitudinem 12 ped. unde capacitas ejusdem est 384 ped. quadratorum: si ergo quævis tabula esset unius pedis quadrati, seu  $12 \times 12 = 144$  digitorum quadratorum, opus esset ejusmodi tabulis

bulis 384: cum igitur unaquæque tabula sit  $18 \times 18 = 324$  digit. quadr. fiat 324:  $144 = 384$ :  $y$ , seu  $27$ :  $12 = 384$ ,  $y$ , hoc est  $9: 4 = 384$ :  $y$ , unde  $y = 170\frac{2}{3}$  tab.

### *Per Regulam catenariam.*

$y$ tabulæ	$384$ ped.
$x$ pes quadr.	$144$ dig. quad.
$324$ dig. quadr.	$x$ tabula
	unde $y = 170\frac{2}{3}$ tab.

## CAPUT SECUNDUM DE USU ARITHMETICÆ IN RE OECO- NOMICA.

### §. I.

*De variis calculandi generibus in re occo-  
nomica occurrentibus.*

*Quæ est usitata agrorum Divisio?*

¶. 1) Quidam pro mensura agrorum assumunt spatium, quod uno boum jugo per diem arari potest, unde hujusmodi spatium *jugerum* appellatur. 2) Alii eandem desumunt a quantitate semivm, quibus spatium aliquod inseri potest. Verum neurra determinatio potest esse accurata; cum

arationis intra diem quantitas pro variis pecorum viribus, soli indoie, & agricolæ diligentia, varia, atque adeo incerta sit: quantitas autem seminationis non terreni magnitudini, sed seminantis arbitrio respondeat. Hinc 3) optima est agrorum determinatio Geometrica per orgias quadratas, seu per ejusmodi spatia quadrata, quorum tam longitudo, quam latitudo unius sit orgiae. Atque hac agrorum determinatione hodie utimur in Ungaria.

*Quomodo definitur media terreni ejusdam Procreatio; aut medium Procreacionis pretium?*

¶. Procreationes annorum complurium in pecuniam conversæ, aut pretia menstrua 12 mensium addantur in unam summam, & hæc dividatur per numerum annorum aut mensium, quotus indicabit Procreationem mediam, aut medium pretium, sicuti patebit Exemplis sequentibus.

### E X E M P L A.

1) Quæritur media Procreatio vineæ, cùjus Procreationes annuæ pretio forensi æstimatæ per 10 proxime lapsos annos erant sequentes:

Anno 1763 - - 120 *Fl.* - - 12 *Den.*

69	- - -	52	- - -	4
1770	- - -	46	- - -	-
71	- - -	102	- - -	35
72	- - -	28	- - -	26
73	- - -	200	- - -	55
74	- - -	32	- - -	-
75	- - -	58	- - -	80
76	- - -	18	- - -	-
77	- - -	80	- - -	12

summa = 738 - - - 24

$\frac{1}{8}$  ( 738 *Fl.* 24 *Den.* ) = 73 *Fl.*  $10\frac{2}{5}$  *Den.*

med. *Procr.*

2) Quæritur medius locationis seu arendæ census pro agro quopiam, cuius Procreationes per 8 proximos annos erant sequentes:

Anno 1770 - - 60 *Fl.* - - 10 *Den.*

71	- - -	26	- - -	5
72	- - -	48	- - -	25
73	- - -	10	- - -	-
74	- - -	-	- - -	-
75	- - -	32	- - -	20
76	- - -	8	- - -	52
77	- - -	52	- - -	-

Summa = 235 - - - 12

$\frac{1}{8}$  ( 235 *Fl.* 12 *Den.* ) = 29 *Fl.* 29 *Den.* med. cens.

3) Quæritur pretium medium tritici pro anno, pro hæc erant pretia forensia unius modii:

Mense Januar.	-	-	1 Fl.	-	-	40 Den.
Február.	-	-	1	-	-	43
Martio	-	-	1	-	-	46
Ap̄ili	-	-	1	-	-	49
Majo	-	-	1	-	-	50
Iunio	-	-	1	-	-	44
Julio	-	-	1	-	-	32
Augusto	-	-	1	-	-	28
Septemb.	-	-	1	-	-	10
Octobri	-	-	1	-	-	-
Novemb.	-	-	1	-	-	10
Decemb.	-	-	1	-	-	12
summa	=	15	-	-	-	64

12 ( 15 Fl. 64 Den. ) = 1 Fl.  $30\frac{1}{3}$  Den.  
med. pret.

### Quomodo invenitur mediūs rei cuiusdam Proventus?

¶. In Proventibus incertis atque variantibus tot minimum debent anni in calculum vocari, intra quot absolvitpr, ac denuo incipit periodus fructuum, laboris, & sumtuum impensorum, & intra quot annos bona, mediocris, & mala procreatio recurrit. Solent vulgo assimi 20 anni; in distribuenda hæreditate 12 aut 15, in locationibus & venditionibus 6 aut 9. Deinde annorum curriculo inveniantur juxta superius dicta omnia Procreationum media, ac in unam summam addita pretio, si illud varabile

bile sit, medio æstimantur. Ex adverso notentur sumtus omnes in tributa, operas, vecturas &c interea impensi, qui in usam summam collecti subtrahantur a summa mediarum procreationum, residuum dabit medios Proventus quæfitos. Speciminis loco esse poterit Exemplum sequens, ubi queritur medius Proventus annorum novem agri cuiusdam capientis 12 sementis modios.

### PROCREATIONES PER 9 ANNOS.

	<i>Fl.</i>	<i>Den.</i>
1. Fruct. autumnal. per 3 annos medii faciunt 60 modios, quorum quivis medio pretio valet 1 Fl. 30 Den. unde 60 valent - -	78	
2. Fruct. Fagopyri seu Pannici medii per 3 annos faciunt 45 modios per 7 Grossos, unde 45 modii valent - - - - -	25	75
3. Fruct. vernal per 3 ann. medium facit 64 modios per 16 Gross.		
unde 64 modii valent - - -	51	20
4. Fruct. agri per 3 ann. quiescentis		
5. Fruct. stramisis per 6 annos -	12	10
<hr/>		
summa = 167 5		

## EXPENSÆ PER 9 ANNOS.

		Fl.	Den.
1. Semen autumn. per 3 ann. 3 ×			
12 = 36 mod. per 1 Fl. 10 Den.			
facit - - - - -	46	80	
2. Semen Fagop. per 3 ann. 3 × 12			
= 36 mod. per 7 Gross. facit	12	60	
3. Semen vern. per 3 an. 3 × 12 = 36			
mod. per 16 Gross. facit - -	28	80	
4. Sumtus in arationem & semina-			
tionem per 6 annos facit	10	20	
in vecturam - - - - -	6	40	
in trituratores - - - - -	5	10	
in fimationem - - - - -	4		
in custodes agr. - - - - -	1		

Procreatio 167 Fl. 5 D.	summa = 114 90
Expensæ 114 90	

Provent. 9 ann. 52, 15
------------------------

Quomodo calculatur agri cuiusdam Fer-  
tilitas?

R. Agri fertilitatem calculare non aliud est,  
quam invenire Rationem, quam habet semen  
insitum ad perceptum. Huic autem in finem as-  
sumi debet annorum aliquot periodus, & semen  
tam insitum, quam receptum cogi in summas  
par-

particulares, Ratio harum summarum ad invicem exhibet quæsitam agri fertilitatem, id quod sufficiat unico Exemplo ostendisse.

*Semen insitum.*

*Semen receptum.*

A. 1772 - - 8 modii	- - - 40 modii
73 - - 7 $\frac{1}{2}$	- - - 34
74 - - 9	- - - 45
75 - - 6 $\frac{1}{2}$	- - - 28
76 - - 8	- - - 30
77 - - 7	- - - 33
summa = 46	summa = 210
Est adeo agri fertilit.	ut 46: 210 = 1: 4 $\frac{1}{2}$ pr.

Eadem probe obtinetur fertilitatis determinatio, si seminis tam insiti, quam percepti per 6 annos sumantur media, ac inter se comparentur: erit enim fertilitas ut  $7\frac{2}{3} : 35$ , seu ut  $1 : 4\frac{1}{3}$ .

*Quomodo erigitur fundus quispiam in Capitale?*

¶. Primum computentur medii ejusdem proveniūs, qui spectandi erunt instar scensus,

i.e.u

seu anni interesse Capitalis fundo ejusmodi inhærentis. Deinde ope Regulæ aureæ vel catenariæ investigetur, quantum debeat esse Capitale, quod huic censui respondeat, habita ratione census anni 4, 5, aut 6 pro 100, erit Capitale inventum illud ipsum, cui talis fundus æquivalet.

### *EXEMPLA.*

1) Agri cujusdam medii proventus per superiora inventi sint 24 Fl. 60 Den. quantum est Capitale eidem inhærens computando 4 pro 100?

#### *Per Regulam auream.*

Cum intra idem tempus census suis Capitalibus sint proportionales, fiat reducendo Florenos ad denarios  $400 : 2460 = 10000 : y$ , seu  $20 : 123 = 10000 : y$ , unde  $y = 615$  Fl.

#### *Per Regulam catenariam.*

$y$ Capit.	$24 \frac{6}{100}$ Fl. cens.	
4 Fl. cens.		unde $y = 615$ Fl.

2) Adfitti fluminis exundatio æstimatione media quotannis infert terreno cuiquam damnum 10 Fl. 30 Den. quantum est Capitale, quo fundus deterior redditur, computando 5 pro 100?

*Per*

*Per Regulam auream.*

Instituatur hæc Proportio reductis Florenis ad denarios;  $500 : 1030 = 10000 : y$ , seu  $5 : 1030 = 100 : y$ , erit  $y = 206 Fl.$

*Per Regulam catenariam.*

$y$ Capitale	$10 \frac{3}{10} Fl. cens.$	
$5 Fl. cens.$	$100 Capit.$	unde $y = 206 Fl.$

*Quomodo est instituendum Inventarium?*

¶. Condere Inventarium non aliud hic significat, quam inire syllabum omnium rerum ad oeconomiam agrestem pertinentium juxta earundem numerum, & proprietates. Porro hujusmodi res duplicis solent esse generis: nimirum immobiles, & cum iisdem immediate connexæ, uti sunt ædificia omnia, horti, vineæ, agri, prata, piscinæ, silvæ, fossilia &c. mobiles, quales sunt supellex domestica, stabularis, agrestis &c. pecora omnis generis, fructus agrorum, pratorum, vinearum &c. verbo omnia producta prædalia.

Jam quod ad res immobiles attinet, omnes ad eandem Rubricam pertinentes notentur juxta suum numerum, magnitudinem, bonitatem, limites: addantur gravamina, & certa vel controversa iura. Si res mobiles pecora fuerint, adscribatur eorundem numerus, ætas, genus, beatitas,

nitas, aliæque tam domesticæ, quam æconomiæ utilitates. Productis naturalibus adjungatur species quantitas, & bonitas. Denique domesticae supellectili accensenda erunt etiam materialia ædificationi idonea.

*Quomodo instituendum Diarium œconomicum?*

q. Alphabetico vel quovis alio ordine convenienter inscribantur in libro Perceptorum & Expensorum præcipuae Inventarii Rubricæ, ac Rationes cujusvis Rubricæ seorsim ducantur: imo consultum est Cassas ipsas initio seorsim assertare, donec post mensem aut annum elapsum Cassæ generali inferantur. Cetera obseruantur ut supra in Diario rei Familiaris.

*Quomodo facienda rerum Taxatio seu  
Æstimatio?*

q. Generatim æstimari solent vel usus fructus, vel fundi ipsi: illic quævis œconomicæ pars seorsim solet æstimari; hic vero partes omnes jam seorsim æstimatae simul colliguntur, & inter se conferuntur. Regula pro æstimatione generalis hæc est, ut arbitri periti, ac fide digni assumantur quam plurimi, quorum quilibet seorsim æstimet; deinde ex omnibus pecuniaribus æstimationibus extrahatur medium.

Speciatim autem in usus fructus æstimatione in columna una siogillatim ordine exprimantur usus

usus fructus cuiusvis Rubricæ œconomicæ: in altera vero tributa, onera, expensæ &c. & conferantur cum emolumentis, quorum excessus ad capitale elevatus exhibebit legitimam usus fructus taxationem.

In fundi æstimatione taxari debent omnes fundi partes una cum suis appertinentiis, habitu simul ratione fæcunditatis ac naturæ foli, onerum item inhærentium & expensarum, quæ cum Proventibus collata exhibebunt excessum Proventuum ad capitale elevandum, quod legitimam fundi æstimationem suppeditabit. Porro hæc omnia insignem œconomjæ, atque domesticarum consuetudinem peritiam in æstimatoribus requirunt.

### §. 2.

#### *Varia Problemata in Re œconomica occurrentia.*

1) Dum tritici modius constabat 32 Grossos,  $2\frac{3}{4}$  libræ panis æstimatione publica vendebantur 3 Grossis: nunc modius constat 55 Grossos, quanti æstimandus est panis 4 librarum?

#### *Per Regulam Auream.*

Cum pretia panis sint proportionalia tam pretiis tritici, quam numeris librarum ipsius pa-

nis, erit  $32 \times 2\frac{3}{4} : 55 \times 4 = 3 : y$ , seu  $352 : 220 = 12 : y$ , unde  $y = 7\frac{1}{2}$  Gross.

### *Per Regulam catenarium.*

$y$ pret. pan.	$55$ pret. trit.
----------------	------------------

$32$ pret. trit.	$4$ libræ      unde $y = 7\frac{1}{2}$ Gr.
------------------	--

$2\frac{3}{4}$ libræ	$3$ pret. pan.
----------------------	----------------

2) Dum filiginis modius venit 96 numis,  
 $2\frac{3}{4}$  libræ panis taxabantur ad 15 nummos: quantum panis debet venire eodem pretio, si modius veneat 115 numis?

### *Per Regulam auream.*

Cum sit evidens, stante eodem pretio, tanto minus fore pondus panis, quanto maius est filiginis pretium, erit  $115 : 96 = 1\frac{1}{4} : y$ , unde  $y = 2$  libr. 9 semunc. 1 Quintl.

### *Per Regulam catenarium.*

$y$ libræ	$15$ pr. pan.
-----------	---------------

$15$ pret. pan.	$96$ prrt. fil.	unde $= y$ 2 lib.
-----------------	-----------------	-------------------

$115$ pr. fil.	$2\frac{3}{4}$ libræ	$9$ sem. 1 Quint.
----------------	----------------------	-------------------

3) Tertia cujusdam prati pars habet in longit. 84, in latit. 64 pedes; quam longa debet esse altera pars tertia, quæ in latit. nequit habere nisi 48 pedes?

*Per Regulam auream.*

Cum duo hæc prata inter se æqualia sint, erunt eorundem longitudines reciproce ut latitudines, adeoque  $48 : 64 = 84 : y$ , seu  $3 : 4 = 84 : y$ , unde  $y = 112 \text{ ped.}$

*Per Regulam catenaria.*

$$\begin{array}{l|l} y \text{ longit} & 64 \text{ latit.} \\ \hline 48 \text{ latit.} & 84 \text{ long.} \end{array} \quad \text{unde } y = 112 \text{ ped.}$$

4) Sternendo euidam tecto, cuius longitudo fuit 40, altitudo autem obliqua 24 pedum, opus erat imbricibus 8000: quot imbricibus egebit tectum longum 48, altum 28 pedes?

*Per Regulam auream.*

Cum tecti planum obtineatur multiplicando longitudinem per obliquam altitudinem, erit  $40 \times 24 : 48 \times 28 = 8000 : y$ , seu  $5 \times 6 : 6 \times 7 = 8000 : y$ , id est  $5 : 7 = 8000 : y$ , unde  $y = 11200 \text{ imbr.}$

*Per Regulam catenariam.*

$y$ imbrices.	48 longit.	undey = 11200
40 longit.	28 latit.	imbr.
24 latit.	8000 imbr.	

5) Quidam vult integrum ovium gregem una cum permisitis agnis vendere: oves sunt numero 250, quarum quævis estimatur 4 Marianis; agni 180, quorum quivis valet 15 Grossos: quanti vendetur quodvis frustum?

*Per Regulam auream*

Marianis 4 reductis ad 68 Cruc. & 15 Grossis ad 45, multiplicetur 250 per 68, 180 per 45, erit addendo facta pretium omnium frustorum simul 25100 Cruc: unde totus gressus constans 430 frustis se habebit ad suum pretium 25100 Cruc. sicut unum frustum ad suum pretium, seu 43: 2510 = 1: y, & hisc y =  $58\frac{1}{3}$  Cruc. prox.

*Per Regulam catenariam.*

$y$ pret.	1 frustum	
		undey = $58\frac{1}{3}$ Cr. prox.
430 frust.	25100 pret.	

6) Emit quidam pratum longum 48, latum 20 orgias Florenis 75: vult alterum eidem adjacens, & bonitatis paris coemere, cuius longitudo solum est 25, latitudo autem 30 orgiarum: quantum debet solvere?

*Per Regulam auream.*

Prati cuiusvis longitudinem per latitudinem multiplicando erit  $48 \times 20: 25 \times 30 = 75: y$ , seu  $48 \times 2: 25 \times 3 = 75: y$ , hoc est  $96: 75 = 75: y$ , unde  $y = 58 Fl. 59 \frac{3}{8} Den.$

*Per Regulam catenariam.*

$y$ Floreni	$\left\{ \begin{array}{l} 25 \text{ longit.} \\ 30 \text{ latit.} \\ 59 \frac{3}{8} \text{ Den.} \end{array} \right.$
$\left\{ \begin{array}{l} 48 \text{ long.} \\ 20 \text{ latit.} \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} \text{unde } y = 58 Fl. \\ 75 Flor. \end{array} \right.$

7) Pro jugeri unius complectentis 300 orgias quadratas arenda solvuntur 3 Floreni: quanta erit arenda jugeri A longi 60, lati 30 orgias; jugeri B longi 32, lati 10; jugeri C longi 18, lati 2; jugeri D longi 3, lati 4?

*Per Regulam auream.*

Ducendo jugerum longitudinas in suas latitudes quatuor erunt instituendas Proportiones hoc modo:

$$\begin{array}{l} \left. \begin{array}{l} 300 : 3 \text{ seu } \\ 100 : 1 = \end{array} \right\} 1950 : y, \text{ unde } y = 19 Fl. 50 Den. \\ \left. \begin{array}{l} 330 : y, \text{ unde } y = 3 - 30 \\ 36 : y, \text{ unde } y = - - 36 \\ 32 : y, \text{ unde } y = - - 32 \end{array} \right\} \end{array}$$

Regula catenaria pro quavis Proportione seorsim esset instituenda, ac proinde quatuor vicibus adhibenda.

8) Si in pabulandis equis jugalibus unus hordei modius aequiparetur  $2\frac{1}{2}$  avenæ modiis, quantum hordei consument quot mensibus jugales 4, qui alias egerent 15 avenæ modiis?

*Per Regulam auream.*

Fiat  $2\frac{1}{2} : 1 = 15 : y$ , seu  $5 : 2 = 15 : y$ ,  
unde  $y = 6$  mod.

*Per Regulam catenariam.*

$y$ hord.	$15$ aven.	$\text{unde } y = 6$ mod.
$2\frac{1}{2}$ aven.	$1$ hord.	

9) Arendator quispiam agrorum locationem hac lege recepit, ut annis, quibus sterilitas dimidium procreationis exæquaret, arendæ taxa sibi ex integro remitteretur. Contigit, ut anno quopiam jurati arbitri definirent sterilitatis Proportiones quemadmodum infra ordine sequuntur: quæritur, an locatario jure competit remissio?

	$\left\{ \begin{array}{l} 200 \text{ erg. quadr. } - \frac{1}{4} \frac{3}{8} \text{ steril.} = 54 \frac{7}{6} \text{ erg. qu.} \\ 48 - - - - \frac{1}{3} \frac{9}{6} = \dots 25 \frac{1}{3} \\ 12 - - - - \frac{1}{1} \frac{5}{6} = \dots 11 \frac{1}{4} \\ 300 - - - - \frac{3}{2} = \dots 28 \frac{1}{8} \end{array} \right.$
summa	$= 560$

	$\text{summa} = 118 \frac{7}{8}$ .
--	------------------------------------

Cum summa sterilitatis  $118 \frac{7}{8}$  org. quadr.

Procreationum 560 dimidiam haud æquet, aren-datori ex pacto non competit remissio.

10) pagus quidam ad obsequia Domini te-netur quotannis mittere 50 operas per dies 32: haec tenus autem 1) misit 12 viros per dies 10, 2) 18 per dies 24, 3) 16 per dies 12, 4) 30 per dies 8. Restant ex anno 7 duntaxat laborum dies: quot erunt per hos mittendæ operæ, ut residuum obsequium expleatur? Imprimis per-spicuum est idem prorsus præstari obsequium si-ve 50 operæ laborent per 32 dies, sive  $50 \times 32$  per 1 diem: hinc numerus operarum annuarum ad 1 diem redactus est 1600. Similiter numerus operarum haec tenus impensarum ad 1 diem redac-tus erit  $12 \times 10 + 18 \times 24 + 16 \times 12 + 30 \times 8 = 984$ , quo ex 1600 ablato remanet adhuc numerus operarum 616 uba die adhibendarum, quæ cum non una, sed 7 diebus sint adhibendæ, dividendo 616 per 7 erit numerus operarum quæ-situs = 88.

**CAPUT TERTIUM**  
**DE USU ARITHMETICÆ IN COMMER-**  
**CIIIS QUOTIDIANIS.**

§. I.

*De Tabellis ad Commercium pertinentibus, ac earundem usu.*

*Quid opseruandum circa Tabulam & Pedum?*

¶. Sciendum est e 4 hordei granis juxta se: se positis oriri unum *Digitum*, ex  $1\frac{1}{3}$  digito *Policem*, quem hodie digitum propriæ appellamus: e 12 digitis confieri *Pedem*, cuius magnitudo apud varias nationes varia est. In Ungaria utimur pede Viennensi, quem si concipias divi- sum esse in 100000 particulas, Tabula I exhibet numerum ejusmodi particularum, quem celebriores per Europam pedes continent.

*Quis est hujus Tabellæ usus?*

¶. Ope hujus Tabellæ, & Regulæ aureæ vel catenariæ facile convertuntur pedes Viennenses in exteræ, & exteri in Viennenses, aut etiam in seipso. E. g. Si quæras, quotdam Parisinis pedibus æquivalent 30 Viennenses; cum Ratio pedis Viennensis ad Parisinum in Tabella sit ut 100000: 102764, & quo major est pes

pes Parisinus Viennensi, eo pauciores pedes Parisinos faciant 30 Viennenses, fiat 102764 : 100000 = 30: y, erit y = 29 Ped. 2 dig. 6 lin. prox.

### *Quid observandum circa Tabulam II Milliarium?*

**N.** Apud Geographos e 4 digitis consurgit **Palmus**, e quatuor palmis **Pes**, e 5 pedibus **Pas-**  
**sus**. Mille passus faciunt **Milliare Italicum**, unde & nomen enatum est. Varia rurius est apud varias gentes **milliarium magnitudo**: vulgare, Germanicum continet 4 millaria Italica, seu 4000 passuum. In **Tabula II** exhibentur complu-  
riuum **milliarium** cum **Germanico comparationes**.

### *Quis est hujus Tabellæ usus?*

**N.** Ope hujus **Tabellæ**, & **Regulæ aureæ** vel catenariæ facile convertuntur data populi cuiusdam millaria in millaria alterius, id quod in commerciis magno plerumque solet esse momenti. E. g. Si quæras, quotnam milliaribus **Anglicis** æquivalent 25 **Ungarica**, cum 4 **Ungarica** millaria faciant 5 **Germanica**, & 3 **Germanica** æqui-  
valeant 11 **Anglicis**, primum quæratur, quotnam **Anglicis** æquivalent 5 **Germanica** dicendo 3 : 5  
= 11 : y, erit y =  $18\frac{1}{3}$ , quæ proinde faciunt 4 **Ungarica**. Fiat rursus 4 : 25 =  $18\frac{1}{3}$  : y, erit  
y =  $114\frac{7}{2}$ . Idem per **Regulam catenariam** erui-  
tur hoc modo:

$y$ mill. <i>Angl.</i>		25 mill. <i>Ung.</i>
4 mill. <i>Ung.</i>		5 mill. <i>Germ.</i>
3 mill. <i>Germ.</i>		11 mill. <i>Angl.</i>

*Quid observandum circa Tabulam III  
Ulnarum?*

¶. Quemadmodum pedum, ita ulnarum in-  
gens est per Europam varietas. Nos ulna Viennensi utimur, quæ proxime continet 2 pedes, ac 5 digitos. Tabula III continet Rationes, quas ulnæ celebriores habent ad Viennensem. Nimirum concipitur Viennensis divisa esse in particu-  
las 3445, quarum correspondens numerus ad  
ulnam cuiusvis urbis est adjectus.

*Quis est hujus Tabellæ usus?*

¶. Ope ejusdem ulnæ variarum urbium fa-  
cile inter se conferuntur, & transformantur ad-  
hibita Regula aurea vel catedaria. E. g. Si quæ-  
ras, 12 ulnæ Norimbergensis quotnam Viennen-  
sibus æquivaleant, evidens est, e 12 Norimber-  
gensibus tanto pauciores conflari ulnas Viennen-  
ses, quanto magor est Viennensis ulna Norim-  
bergensi; erit ergo 3445: 2924 = 12 y, ha-  
de  $y = 10\frac{1}{5}$  uln. Vienn. prox.

*Quid observandum circa Tabulam IV  
Ponderum?*

¶. Mensura maxima ponderum, qua uti hic  
solemus,

solemus, est *Centenarius* continens 100 libras, unde & nomen traxit. *Libra* coalescit e 32 semiunciiis, quæ vulgo *Lob* appellantur: semiuncia complectitur 4 *Drachmas*, ieu *Quintl*: *Drachma* 15 constat *Denariis*. In *Ungaria* ponderibus utimur *Viennensisibus*. Ponderum exterorum cum *Viennensi* comparationes exhibet *Tabula IV.*

*Quis est hujus Tabellæ usus?*

R. Servit hæc *Tabella* ad data urbis cuiuspiam pondera convertenda in pondera alterius. E. g. Si quæras, quotnam libras *Viennenses* faciant 15 *Lipsienses*, cum 84 libræ, 13 semiunc. & 1 drachma faciant 100 libras *Viennenses*, libris & semiunciis ad drachmas redactis erit 10805:  
 $12800 = 15: y, \text{ unde } y = 17\frac{1}{2} \text{ prox.}$

*Scholion.* Duarum reliquarum *Tabellarum* usum in commerciis quotidianis maxime familiarem absque ulteriori explicatione facile unusquisque perspicit.

### §. 2.

*Varia Problemata in commerciis quotidianis  
occurrentia.*

1) Auriga quidam 12 centenarios vexit ad 40 millaria Florenis 50: quantum erit eidem per solvendum pro 20 centenariis ad 56 millaria vñhendis?

*Per Regulam auream.*

Cum idem plane sit vecturæ pretium, sive 12 centenarii vehantur ad 40 milliaria, sive  $12 \times 40$  ad 1 milliare: item sive 20 centenarii vehantur ad 56, sive  $20 \times 56$  ad 1 milliare, fiat  $12 \times 40 : 20 \times 56 = 50 : y$ , seu  $12 \times 2 : 56 = 50 : y$ , unde  $y = 116\frac{2}{3}$  Flor.

*Per Regulam catenariam.*

$y$ Flor.		20 cent.
12 cent.		56 mill. unde $y = 116\frac{2}{3}$ Fl.
40 mill.		50 Fl.

a) Conventum est cum auriga in  $8\frac{1}{2}$  Fl. pro 4 centenariis ad 60 milliaria deportandis; assunxit autem 24 centenarios: verum post emensa 15 milliaria deponendos habet 4 centenarios, & inde post confecta 8 milliaria rursus assumendos 5 centenarios, atque ita defert merces ad præfixum locum: quantum ei debetur portorium?

*Per Regulam auream.*

Ex ipso questionis statu elucet deberi aurigæ portorium 1) pro 4 centenariis per 15 milliaria, 2) pro 5 cent. per 37 mill. 3) pro 20 cent. pro 60 mill. Quare ter erit adhibenda Regula aurea, & quidem pro primo portorio 60:

$60: 15 = 8\frac{1}{2} : y$ , seu  $4: 1 = \frac{1}{2}: y$ , unde  $y = 2\frac{1}{8} Fl.$  Pro secundo portorio erit  $60 \times 4: 5 \times 37 = 8\frac{1}{2} : y$ , seu  $12 \times 4: 37 = \frac{1}{2}: y$ , unde  $y = 6 Fl.$   $55\frac{1}{5} Den.$  Pro tertio  $4: 20 = 8\frac{1}{2} : y$ , seu  $1: 5 = \frac{1}{2}: y$ , vel  $2: 5 = \frac{1}{2}: y$ , unde  $y = 42\frac{1}{2} Fl.$

*Per Regulam catenariam.*

I. y Flor.	$15$ mill.	$\text{unde } y = 2\frac{1}{8} Fl.$	$\text{summa } = 51 Fl. 17\frac{1}{2} Den.$	
$60$ mill.	$8\frac{1}{2}$ Fl.			
II. y Flor.	$5$ centen.	$\text{unde } y = 6 Fl.$		
$4$ cent.	$37$ mill.			
$60$ mill.	$8\frac{1}{2}$ Flor.			
III. y Flor.	$20$ centen.	$\text{unde } y = 42\frac{1}{2} Fl.$		
$4$ cent.	$8\frac{1}{2}$ Flor.			

3) Emit quidam paria boum 32, singula Imperialibus 50: vult in his lucrari  $76\frac{1}{2}$  Imperiales; quanti debet par vendere?

*Per*

***Per Regulam auream.***

Cum pretium in coemendis bobus expensum faciat  $32 \times 50$  seu 1600 Imperiales, addito lucro  $76\frac{1}{2}$  Imp. erit pretium venditionis =  $1676\frac{1}{2}$  Imp. hinc  $32: 1 = 1676\frac{1}{2}: y$ , eritque  $y = 52$  Imp.  $58\frac{1}{2}$  Den. prox.

***Per Regulam catenariam.***

$y$ Imper.	$x$ par
	$y = 52$ Imp. $58\frac{1}{2}$ D. prox.
$32$ paria	$1676\frac{1}{2}$ Imp.

4) Quidam licitando coemit 24 vasa antiqui vini, singula per 15 Florenos: vult autem in iis lucrari 10 pro 100; quanti debet omnia vasa simul, & singula seorsim vendere?

***Per Regulam auream.***

Pretium pro vino expensum facit  $24 \times 15$  = 360. Iam cum pro expensis 100 Florenis debent recipi 110, fiat  $100: 110 = 360: y$ ;  $y$ , erit  $y = 396$  Fl. Fiat rursus hæc altera Proportio  $24: 1 = 396: y$ , erit  $y = 16\frac{1}{2}$  Fl.

***Per Regulam catenariam.***

$1$ $y$ pret.	$24$ vasa
$1$ Vas	$110$ Fl.
$100$ Fl.	$15$ pret.

$11 y$

**I**y pret. | 1 vas

unde  $y = 16\frac{1}{2}$  Fl.

24 vasa. | 396 pret.

5) Titius debet Cajo 2400 Flor. & quidem 1600 post 9, reliquum post 12 menses tenetur exolvere. Vult autem se a debito ad semel liberare, post quot menses debet totam simul pecuniam deponere?

### *Per Regulam auream.*

Perspicuum est, idem prorsus esse sive census 1600 Fl. solvatur per 9 menses; sive census  $1600 \times 9$  per 1 mensem: item sive census residuorum 800 Fl. solvatur per 12 menses, sive census  $800 \times 12$  per 1 mensem. Quare multiplicatis capitalibus per sua tempora, factisque in usam summae additis erit 2400:  $2400 = 1: y$ , unde  $y = 10$  mens.

### *Per Regulam catenariam.*

**I**y mens. | 1600 Fl.

unde  $y = 6$  mens.

2400 Fl. | 9 mens.

**II**y mens. | 800 Fl.

unde  $y = 4$  mens.

2400 Fl. | 12 mens.

} summa illi remans.

6) Emit quidam in Svevia 500 tabulas quericias, singulas 1 Fl. & 8 Gross. Expeſſæ Budam uique adsurrexerunt ad 120 Fl. & 2 Cruſig.

cig. Vendidit Budæ singulas 2 Fl. 10 Crucig. quantum est lucratus? Expenſæ univerſum faciunt  $500 \times 1\frac{2}{6}^4$  Fl. + 120 Fl. 2 Crucig. seu 820 Fl. 2 cruc. Accepta vero efficiunt  $500 \times 2\frac{1}{6}$ , Fl. seu 1023 Fl. 20 Cruc. Erit ergo lucrum  $1023 - 820$  Fl. 20 Cruc. = 263 Fl. 18 Cruc.

7) Coemitt quidam complures avenæ modis, singulos 15 Grossis: post menses 6 vult vendere cum lucro  $6\frac{2}{3}$  pro 100: quanti debet medium vendere?

### *Per Regulam auream.*

Cum pro expensis 100 velit recipere  $106\frac{2}{3}$  Fl. erit  $100 : 106\frac{2}{3} = 15 : y$ , seu  $300 : 320 = 15 : y$ , unde  $y = 16$  Gross.

### *Per Regulam catenariam.*

$y$ Gross.		I Mod,
I Mod.		$106\frac{2}{3}$ Fl. unde $y = 16$ Gross.
100 Fl.		15 Gross.

8) Quidam 100 vini Tokaini butellias coemis  $6\frac{1}{2}$  Imperialibus; vendidit autem quamvis decimam 7 Imperialibus: quantum recepit pro 100?

### *Per Regulam auream.*

Cum pro decima quavis butellia acceperit 7 Imp.

*Tabula I Pedum ad Pedem Vien-*  
*nensem exactorum.*

Viennensis	--	--	--	--	--	--	100000
Argentinensis	--	--	--	--	--	--	91554
Bavaricus	--	--	--	--	--	--	92331
Bononiensis	--	--	--	--	--	--	120319
Danicus	--	--	--	--	--	--	100166
Londinensis	--	--	--	--	--	--	96460
Mediolanensis	--	--	--	--	--	--	188400
Norimbergensis	--	--	--	--	--	--	96109
Parisinus	--	--	--	--	--	--	102764
Rhenanus	--	--	--	--	--	--	99326
Silesiacus	--	--	--	--	t	--	91550
Svecicus	--	--	--	--	--	--	93951

*Tabulla II Miliarium ad Millaria*  
*Germanica exactorum.*

4	Ungarica & Svecica faciunt	5	Germ.
4	Italica	1	
5	Leucæ Gallicæ	3	
11	Anglica	2	
7	Hilpanica	6	
19	Hollandica	15	
5	Lusitanica	3	
20	Russica	3	
8	Scotica	3	
66 <sup>2</sup> / <sub>3</sub>	Turcica	15	

*Tabula III Ulnarum ad Ulnam Vien-*  
*nensem exactarum.*

	Serici	--	--	5275
Paris,	Panni	--	--	5264
	Telæ	--	--	5240
Amstelod.	--	--	--	3060
Argentinens	--	--	--	2262
Berolin.	--	--	--	2956
	minor	--	--	3078
Bruxell.	major	--	--	3034
Dantiscan.	--	--	--	2544
Francoford.	--	--	--	2392
Genevens.	--	--	--	5070
Haffniens.	--	--	--	2783
Hamburg.	--	--	--	2540
Lipsiens.	--	--	--	2506
Lugdun.	--	--	--	5205
Norimberg.	--	--	--	2924
Vienenses.	--	--	--	3445

*Tabula IV Ponderum ad libras | Libr. | Semitun. | Dr. | D.*  
*Viennenses exactorum*

Viennenses	--	--	100	0	0	0
Amstelodamenses	--	99	2	—	—	2
Antverpienses	--	91	3	—	—	1
Argentoratenses	--	93	22	—	—	1
	majores	--	94	25	1	3
Augustanæ	minores	--	87	19	3	1

Beroli-

Berolinenses	-	-	91	5	1	1
Bononienses	-	-	79	13	1	3
Bremenses	--	--	93	2	3	—
Bruxellenses	--	--	90	19	—	3
Burdigalenses	--	--	94	22	3	—
Colonieneses	--	--	92	1	—	—
Constantinopolitanæ	-	-	197	31	3	—
Cracovienses	-	-	81	25	2	1
Dantiscanæ	--	--	93	26	3	2
Florentinæ	--	--	77	10	—	—
Francofurtenses	--	-	91	12	2	—
Genevenses	-	-	97	15	2	1
Genuenses	-	-	69	14	3	1
Haffnienenses	-	-	92	2	1	—
Hamburgenses	-	-	93	17	1	—
Liburnenses	-	-	77	8	2	—
Lipsienses	-	-	84	13	1	—
Londinenses	-	-	83	29	2	—
Lugdunenses	-	-	89	15	3	—
Magdeburgenses	--	-	94	16	2	—
Mantuanæ	-	-	75	2	1	—
Monachienses	-	-	100	—	1	—
Modiolanenses	-	-	74	2	1	—
Neapolitanæ	-	-	88	17	3	—
Norimbergenses	-	-	91	5	2	—
Parisinæ	-	-	96	3	2	—
Passavienses	-	-	95	14	3	1
Petropolitanæ	-	-	86	17	—	—
Pragenses	-	-	92	18	2	—
Romanæ	-	-	70	5	2	—
Ratisbonenses	-	-	100	1	—	—
Ulmenses	-	-	93	6	—	—

			90	1	-	-
Varschav.	majores	-				
	minores	-	72	17	-	-
Venetæ	majores	-	95	17	-	-
	minores	-	59	18	1	-
Wittembergenses	-	-	97	11	3	-
Wratislavientes	-	-	81	25	2	1

Tabula V Monetarum exterarum cum domesticis comparatarum.

Flor. Cr.

AUREÆ.

Aoreaus Cæsareus simplex	4	16
Duplex	8	32
Integer Souvrain d' or	12	40
medius	6	20
Aureus Bavanicus	4	14
Salisburgensis	4	14
Hollandicus &c.	4	14
Florentius liliatus	4	18
Venetus	4	18
Louis d'or vetus duplex	14	36
	simplex	2
Louis d'or cum sole	8	34
	cum scuto	37
Doppia Hispan. triplex	28	25

duplex

	duplex	14	12
	simplex	7	6
Moi d'or Lusit.	triplex	28	54
	duplex	11	34
	simplex	5	45
Teston duplex	-	30	46
	simplex	15	23
	dimidius	7	41
Max d'or Bavaric.	-	5	54
Corolina Bavar. Palat. & Wittemberg.	-	integra	8
		dimidia	4
			52
			26

## A R G E N T E A E.

Belgic. coronat. Thaler.	2	12
	Floren.	1
Bougger seu Thal. laureat.	2	16
Matten Hispanicum	2	4
Thaler. Salisb. Bavar.	2	—
Saxon. Wittemberg.	2	—
conventionalis	2	—
Thal. Gallic. ordinari.	2	—
Livorino Toscanum	2	4
$\frac{1}{2}$ Livorino	1	2
$\frac{1}{4}$ Livorino	—	31
Scutum Venetum	2	28
	Romanum	2
		6

Ducatus Venetus	-	-	I	33
Justina	-	-	2	12
Philippeus mediolan.	-	-	2	12
	Mantuan.		I	54
	$\frac{1}{2}$	Ejusdem	-	57
Rubel Russicum	-	-	I	41
	$\frac{1}{2}$	Ejusdem	-	50 $\frac{1}{2}$
Genuina Genuensis	-	-	2	58
Piaster Turcicum	-	-	I	8
Thaler. Polonicus	-	-	-	30
Dicketon	-	-	2	30
Patacon Belg.	-	-	I	30

Tabula VI Imperialium &amp; Floronorum.

Imp.	Flor.	Gros.	Flor.	Imp.	Gros.
I	I	10	I	-	20
2	3		2	1	10
3	4	10	3	2	
4	6		4	2	20
5	7	10	5	3	10
6	9		6	4	
7	10	10	7	4	20
8	12		8	5	10
9	13	10	9	6	
10	15		10	6	20
11	16	10	11	7	10
12	18		12	8	
13	19	10	13	8	20
14	21		14	9	10

Imp.

<i>Imp.</i>	<i>Flor.</i>	<i>Gros.</i>	<i>Flor.</i>	<i>Imp.</i>	<i>Gros.</i>
15	22	10	15	10	20
16	24		16	10	20
17	25	10	17	11	10
18	27		18	12	
19	28	10	19	12	20
20	30		20	13	10
21	31	10	30	20	
22	32		40	25	20
23	34	10	50	33	10
24	36		60	40	
25	37	10	70	46	20
26	39		80	53	10
27		10	90	60	
28	42		100	66	20
29	43	10	200	133	10
30	45		300	200	
40	60		400	266	20
50	75		500	333	10
60	90		600	400	
70	105		700	466	20
80	120		800	533	10
90	135		900	600	
100	150		1000	666	20
200	300		2000	1333	10
300	450		3000	2000	
400	600		4000	2666	20
500	750		5000	3333	10
600	900		6000	4000	

<i>Imp.</i>	<i>Flor.</i>	<i>Gr.</i>	<i>Flor</i>
700	1050		7000
800	1200		8000
900	1350		9000
1000	1500		10000





